ad testiculos: in feminis ad uterum terminantur. Unde autem que prius sunt: ex ventre copiosiores prius sunt: deinde magis atque magis extenuantur: donec ad sinistra ex dexteris. & ex istis ad illa devenerint que spermaticae uocantur. Sanguis uero qui crassissimus est sub carne gingitue. Unde ad loca ista superueniens tenuis atque calidus atque spumosus efficitur. Syennesis ipse atque Diogenes sic dixerunt. Polibijs autem hoc modo. Venarum quatuor paria sunt. Unam a posteriore capitis parte per collum retro iuxta spinam hinc atque hinc per coxas usque ad pedes: deinde per crura in talos foris & in pedum extrema. Idcirco in doloribus dorsi & coxaeum in poplitibus & talis de foris uene inciduntur. alie uero uent a capite apud aures per collum transeunt que uocantur pulsantes intus iuxta spinam. Utreq; he feruntur iuxta clunes in testiculos atque coxas & per poplites intrinsece partis: & crum ad interiores & pedes. Idcirco in doloribus clunium & testiculorum a poplitibus & talis uene inciduntur. Tertium par ex temporibus per collum in aethiolas & pulmonem deueniunt. Altera ex dexteris in sinistra sub mamma in lienem & renem. Altera ex sinistris ad dexteram a pulmone sub mamma in renem. Altera ex sinistris in renem. Utreq; autem in testiculum terminantur. Quatuor uero paria ab anterioris capitis parte ac oculis sub collo & furculis tendunt supra per brachia in cubitorum iuncturas. Et inde per cubitos ad palmarum radices digitorum: fluxus & per brachia partis inferioris ad ascillas & costas supra donec altera ad lienem: altera ad iecur peruenit. he ambe supra uentrem porrecte in genitalia terminantur. hec fore sunt que ab alijs dicuntur. Sunt et nonnulli qui de naturalibus historiam scribentes non ita diligenter tractarunt de uenis: sed omnes similiter a capite atque cerebro initium earum non recte faciunt. Cum ipse difficilis sit inspectus ut supra diximus in solis aqua suffocatio animalibus ac extenuatis perdiscere quisque potest. si harum rerum tangitur cura. De uenis ut ipse. c. iiii.

Hoc igitur modo uenarum natura se habet: due sunt in pectore intus ad spinam uene: quarum maior ante: minore retro

post maiorem locata est. Est autē maior ad dexteram magis minor
 uero ad sinistra: quam aortem quidā uocant: quā in mortuis
 neruea eius pars perspecta est. hē initium a corde trahunt.
 Per cetera. n. omnia uiscera quocumq: tendant integre transe
 eunt ueneq: sunt. Cor uō quasi pars ip̄a est: & multo ma
 gis interioris atq: maioris. supra. n. & infra hē uene sunt. In
 medio autē ip̄a cor est: quod in omnibus animalibus uen
 teiculos hē: quāuis que ualde parua sunt in iis uix maxi
 mus apparent que modica magnitudine in iis alter queq:
 que maxima in his tres conspiciuntur. Cūq: cordis acu
 men ad interiora sit ut dictum est maximus uentriculoꝝ
 in dextera & suprema parte ipsius cordis minimus in sini
 stra magnitudine: q̄ modicus in medio duorū horum est.
 Sunt autē ambo multo minores q̄ maximus: suntq: omnes
 ad hōnem aperti ac perforati: q̄ uis meatus pp̄ paruitatem
 pororum non facile cernantur preter unum. Magna igitur
 uena a magno superioriꝝ: oritur uentriculo ex dextera pte.
 Deī per concavitatem mediꝝ uena tendit rursus quasi uen
 triculis in quo sanguis stagnat pars uene sit. Aorte uō a me
 dio sed non sic: per angustiore. n. fistulam multis comunicat
 & uena ip̄a per cor & in aortem per cor tendit. Sed magna quidem
 uena tunicea & pellicea est: aorte uō angustior q̄ illa ualdeq: nec
 uena. hęc cum longe ad caput inferiorēq: partes profundatur angustior
 nerueaq: omnis efficit: primum ip̄a supra a corde magne uen
 e pars ad pulmonem & ad aortis conuincionem tendit: que magna
 & non frissa uena est. Ex hac scinduntur partes due ad pulmo
 nem una: & una ad spinam. postremoq: colli spondyli. Vena ip̄a
 que ad pulmonem tendit bipartita primum scinditur ad biparti
 tum pulmonem. Deī iuxta singulas fistulas: singulaq: forami
 na pro quantitate ip̄a in maiora minoraq: sic ut nullā
 particulam inuenire possis: in qua foramen & uelut non sit.
 Et cetera. n. forandum magnitudinem propter paruitatem non pa
 tent. Sed totus pulmo sanguinis plenus uidetur. Meatus autem
 qui a uena sunt: supra fistulas sunt que ab aortia procedunt.
 Vena uō que ad spondylium colli & spinam procedunt ad spi

nam rursus ingreditur: de qua homerus in carminibus quoque cecinit. Et totam incidit uenam: que dorsa per ipsa: Transmittens penitus ad collum peruenit usque. Ab hac ad unam quoque costam & ad singulos spondilos uenule tendunt que iuxta spondilem qui supra renas est bipartito funduntur: hoc igitur modo a magna uena ducte particule scinduntur. Sed supra has ab ea que a corde proceditur rursus tota in duobus scinditur locis. Alie namque ad latera & ad furculas feruntur. Deinde per ascellas aut in brachio hominum: aut in anteriores quadrupedum pedes: aut in alas auium porriguntur: aut in dorsales piscium pinnulas. he uene in principio ubi primum scinduntur iugulares uocantur. In uero in collo a magna uena scinduntur ad pulmonis tendunt arteria: quibus ex trisecus nonnunquam apprehensis absque suffocatione homines conadunt palpebrisque claudunt nihil sentientes. Sic igitur progressa arteriam in medio sui circumdantes ad aures usque feruntur: qua genae capiti coniunguntur: ac inde in quatuor rursus uenas scindunt: quarum una regrediens per collum & iugum descendit ac priori scissure iuxta cubiti flexum copulatur. altera ad manus atque digitos terminatur. Tertia ab utroque loco qui circa aures est ad cerebrum tendit: & in multas ac tenues uenulas iuxta cerebrum in eam que uocatur menica scinditur atque terminatur. Nam cerebrum ipsum absque sanguine penitus est: nec ulla magna paruue uenula in ipsum terminatur. Reliquae autem uenule que ab hac uena scinduntur. Alie caput circumcirca complectuntur. alie ad organa sensuum & dentes tenuissimis omnino uenulis terminantur. Eodem modo minoris uene que aorte appellatur partes scindunt: ramosque maiores sequuntur: quamuis multo minoris meatus & uenule istius quam magne sint. hoc igitur modo uene supra cor se habent. Infra uero cor parte quedam magne pro diaphragma elonata protenditur: que aorte atque spine meatibus tuniceis ac flexibilibus coniungitur. a qua breuis quedam uena & lata protenditur per iecur. Unde multe atque tenues alie ad iecur feruntur ac terminantur. Due quoque ab eadem que per epa transit derivantur: quarum altera in diaphragma mentemque sic. n. uocant terminatur. Altera rursus regressa per ascellam in dextero brachio

alijs uenis inferiori flexu coniunguntur. Ides si circa uentre dolores
 sint: hec a medicis rursus dicitur. A dextris uero ipsius parua & com-
 pacta uena in liene progreditur: terminanturq; ab ipsa uenula
 in lienem. Eodem modo a sinistris maioris uene. Altera deriva-
 ta ad sinisterrum brachium perfertur. Verumtamen illa quedam
 ab ea que per uentre est. hec uero altera ab ea est que in lienem ten-
 dit. alie quoq; due a magna uena. altera ad omentum: altera
 ad id quod pancreas dicunt a qua multe per medum tendunt
 intestinum. Omnes autem iste in unam magnam uenam iuxta
 totum intestinum & uentrem usq; ad stomachum tensum termi-
 nantur. Et circa has partes multe ab ipso derivantur. Verum
 magna uena & aorte una utraq; facte ad renes usq; portantur.
 Vbi ad spinam magis adherentes in duo scinduntur quasi in gre-
 cam lram ladam. fitq; magna posterior q; aorte: que aorte ma-
 xime iuxta cor uerueis paruisq; uenulis spine coniungitur.
 Est autem aorte cum a corde proficiscatur cava & latior: progressa
 uero angustior atq; neruosiore: a qua est adiectionum intestini
 sicut a maiori uene derivantur. Sed magnitudine multum
 differunt: anguste namq; sunt nimium minutisq; uenulis &
 capillaribus terminate. Ad iecur uero & lienem nulla ex aorte
 uena tendit. Pars preterea utriusq; uene in utrumq; coxarum
 uertebrium deferuntur: tanguntq; ab utrisq; feruntur et ad ren-
 ram quidam tam a magna uena q; ab aorte: qui non in ca-
 uum sed in corpore ipso pene euanesunt. Ceterum duo alii me-
 atus ab aorte in uenicam ducuntur fortes atq; continui & a con-
 cauitate renum: et alii nulla in re magna cum uena communi-
 tes. Preterea ex medio utriusq; renum caua quedam & nerua
 uena egreditur penes spinam tendens per uenas duas: quarum
 utraq; primo in utrisq; natibus exterrate occultantur. Deinde
 rursus apparent ad uertebrium coxarum tendentes terminan-
 tur autem ad uenicam & mentulam in maribus & feminis ad
 uterumq; Nam utrumq; quidem nulla ex maiore uena
 peruenit: cum frequentes ac multe illuc ab aorte tendant.
 Protraduntur et exstilles ab aorte maioresq; alie quedam ad
 bubones. Primum magis atq; caue: deinde per pedes ad plantam.

& digitos terminatur: rursusque alie per bubonas & coxas per
mutatim feruntur. Altera ex dexteris ad sinistram: altera e con-
trario coniungunturque: iuxta poplitea cum aliis uenis. Ex istis
iam patet quomodo se uene habeant: ac unde primo exo-
riantur. In omnibus uero animalibus que sanguinem habent
initia uenarum & maxime uene ita se habent. Reliqua uero
uenarum multitudo non similiter se habent in omnibus. Nam neque
partes eodem modo se habent: neque cuncta easdem habent: neque simi-
liter in omnibus hec manifesta sunt. Sed multo magis in his
que multi sanguinis & maxima sunt. nam in paruis &
aut nature: aut pro nimiam corporis pinguedinem pauci
sanguinis non possumus similiter hec perspicere: in alteris. n.
quasi rimuli quidam multo limo confusi sunt. In alteris
per paucos & illos capillares pori que uent. maior uero in omni-
bus et in paruis perspicitur.

De nervis capitulum v.

Nervi autem in animalibus sic se habent. initium est ipse a cor-
de est: habent enim cor in se ipso in maximo uentriculo nervus &
uena minor que aorte uocatur. nervosa est & maxime imo
aut omnino in extremitatibus suis: nam neque caua sunt extrema
& sicuti nervi tenduntur iuxta iuncturas ossium ubi termina-
tur. non est autem ab uno initio natura neruorum continua
sicuti uenarum: nam uene sicut in depictis canabis figuram
totius sui corporis habent. Sic ut nimium extenuatis animali-
bus tota magnitudo uenularum plena cernatur. Idem enim locus
in gracilibus quidem uenule fit. In pinguibus uero carnes: nec
in autem in articulis & iuncturis ossium terminantur. nam
si natura eorum continua esset omnium continuatio in ex-
tenuatis cerneretur. Maxime autem partes eorum sunt ner-
uis qui in membro ac commodato est ad saltum quem popli-
tem uocant. genusque oppositum est: nervus quoque alter duplex
& qui ad robur conferunt. Epimerus atque humeralis: qui uero
in coniunctionibus ossium sunt nominibus careant: Cuncta enim
ossa que coniunguntur nervis connexa sunt. Et circa omnia
ossa multitudo neruorum est. In capite uero nullus: sed ipse
ossium future caput continent. Neruorum autem natura fissilis

per longitudinem est. sed per latitudinem nequaquam tenditur: quod multum. Preterea humiditas quedam alba & mucilaginea glutinosa in stae tenax iuxta ipsos gigni solet: unde aluntur & ex qua facti videntur. Sed uena quidem sustinet ignem: nec uis autem omnis igne corrumpitur. Et si fuerit incisus nunquam coit. & ubi nec uis non est: ea pars corporis torpedine capi non potest. Sunt autem plurimi in pedibus & manibus & costis & spatulis. Preterea in collo & in brachiis. habent autem uniuersa neruosi: que sanguinem habent. Sed in quibus iuncture non sunt cum pedibus atque manibus careant, minuti nimium sunt & incerti. In cetero in piscibus iuxta pennulas maxime apparent. Capillares uero inter neruum & uenam sunt: habentque nonnullam humiditatem oruotis & pertranscunt a neruis ad uenas: & inde confusio ad neruos. Aliud quoque genus capillarium est quod in sanguine gignitur: nec tamen in omnium animalium sanguine. His a sanguine ablati sanguis non gelat: non ablati autem gelat. Capillares in plurimorum sanguine animalium insunt ut ceteri: darme: tauri: aliorumque: in quorundam non insunt. In cetero sanguis eorum eo modo quo aliorum non gelat. Nam ceruorum sanguis ut dasyperum sanguis gelat. Est. n. utriusque: gelatio non dura ut aliorum: sed leuior quemadmodum lactis. Si quis in ipsum non immiserit coagulatum: bubale autem gelat magis. Similiter autem coit autem multo minus omnino. Sed de uenis quidem & neruis & capillaribus hec ita se habent. De ossibus similibusque: Capitulum. vi.

Ossa uero animalium ab uno cuncta dependent: continuaque inter se sunt sicuti & uene. Separatum autem per se nullum os est. Principium uero in omnibus que os habent: spina que ex spondyliis componitur & protenditur a capite usque ad clauiculas. Suntque omnes spondyli perforati. Supra uero capitis os est: quod carneum appellatur spondylus continuus extremis. Cuius serratis pars, sutura uocatur: que res non est similiter in cunctis. In aliis. n. unius ossis carneum est: ut in cane. in aliis compositum: ut in homine: & ex hominibus femine circulares habent iuncturam. Vires suturas tres conuincuntur desuper in forma

trianguli: Quia uis caput uiri omni futura carens inuentu sit.
 Constat aut caput non quatuor sed sex ossibus: quorum duo ad
 aures parua sunt: duo a capite protenduntur: que maxillas uo-
 cant: quarum inferiorem animalia cuncta mouent. Solus Ania-
 lis crocodilus superiorem. In maxillis dentes sunt. Genus ossiu hic
 quidem perforatum: hinc uero minime hoc os solum ex ossibus solum
 tuam non recipit. A spina uero peronida furcule coristey: sunt.
 Pectus q̄ in costis locatum est. Sed iste iunguntur: alie non iungun-
 tur. Nullum. n. animal circa uentrem os h̄t. Sunt et in hume-
 ris ossa & que uocantur scapule: & que brachiis iunguntur: &
 que in manibus sunt: nec eodem se h̄nt modo in anterioribus
 pedum si anteriores sunt animali. infra uero ubi terminantur
 post coxarum uerteburum cotula est. deinde pedum ossa que in
 coxis & cruribus hec uocentur cocilene: quarum pars sphyra
 est: sunt & horum que calcaria dicuntur in habentibus sphyrum
 his iunguntur que in imis pedibus sunt. que igitur ex haben-
 tibus sanguinem ac ambulantiibus animal parient: in his no
 multum ossa differunt: sed proportionaliter se h̄nt induritia.
 maxime & molitudine atq; magnitudine. Ad hec alia ossium ex
 eiusdem animalis medullam h̄nt: alia non h̄nt: quos nonnul-
 lorum animalium nulla uidentur h̄re medullam: sicut leo-
 nis om̄o. n. parua & tenuem h̄nt: & in perpaucis ossibus: i
 coxis. n. & brachiis h̄nt. Solida igitur maxime omnium ossa
 leonis sunt. Nam ita dum sunt: ut q̄n contextuntur tanqua
 ex lapidibus ignis exiliat. Delphinus et ossa non spinam h̄t.
 Aliorum uero animalium quibus sanguis inest: in quibusdam
 parua differentia est ut in auiibus: in quibusda hec proportione
 sunt eadem: sicut in piscibus quorum qui animal parient spi-
 ne caralaginee sunt: ut que uocantur selachea. Qui aut om̄i
 spinam omnes h̄nt que in eis sicut dorsi spina in quadrupedibus
 est. Proprium aut piscium est: ut in nonnullis tenues per car-
 nem spinule separate comperiantur. Serpenti q̄ sicut piscibus
 similiter spineum dorsum est. Quadrupedum aut oua parienti-
 um in maioribus quidem osseum magis: in minoribus uero
 spineum magis dorsum est. Omnia. n. animalia que sanguine

non carent dorsum hnt & ossium aut spineum. Alie uo partes
 ossium in quibusdam sunt & in quibusdam non sunt. Sed sicut
 he hnt ad habendas partes: sic se hnt ad habenda ossa que in illis st.
 Sed neq: in hys animalibus in quibus eadem sunt partes non similes
 similia ossa sunt. In hys. n. aut secundum maius & minus: diffe-
 runt aut secundum proportionem. Sed ossium quedam natu-
 ra hoc se hnt modo in animalibus. Est aut et cartilago eiusde-
 cum ossibus nature. Sed differt secundum magis & minus: &
 quemadmodum os sic cartilago quoq: non crescit: si incidatur.
 Et in terrestribus quidem animal patientibus. sanguineq: no care-
 ribus: nullum in cartilagibus foramen est: nec fit in eis sicut
 in ossibus medulla. In selachiformibus in est in latitudine ipsorum
 que dorsum esse videtur cartilagineis proportionale quid ossib.
 hec. n. spine cartilaginee sunt: & in hys humiditas medullea in e.
 Animal uo patientia & ambulante circa nares & aures & iux-
 nonnullorum ossium extremitates cartilaginem hnt. Ad hec
 alia quoq: genera partium sunt: que nec eandem naturam cum
 istis hnt: nec longe ab istis absunt: sicut cornua: unguis: unguis:
 siue solide siue forficales. Preterea rostrum quale aues hnt: quib.
 iste partes animalium sunt. Iste. n. & flexibiles & fissiles sunt.
 os uo nullum flexibile: neq: fissile: sed frangibile. Color et cor-
 num: unguium & unguis tam solide q: forficales colore
 pellis atq: pelorum sequitur. nam que nigrarum pellis st
 in iis cornua & unguis utreq: nigra sunt: & que albarum
 in iis alba & in mediis media. Eodem modo & in unguib.
 Dentes aut secundum naturam ossium se hnt. In dieo in nigris
 hominibus sicut in ethiopia alijsq: huiusmodi dentes quidem
 albi sunt & ossa similiter. Unguis uo similiter nigre sunti &
 pellis. Cornuum aut plura a radice intrinsecus unde a ca-
 pite os prorumpit concava sunt: in extremo uo soliditate
 hnt & sunt simplicia. Ceruorum solummodo per totum solida
 & ramorum multorum sunt: nec aliud ullum animal
 preter ceruum cornua mutat. hic solus singulis annis mu-
 tat nisi castratur. Verum de castratis postea tractabitur: ma-
 gis aut peli q: ossi cornua infiguntur: quapp in frigida & alibi

bones reperiuntur qui coena mouent quasi ames. Sed un-
gues habentium: habent aut cuncta quibus digiti sunt: digiti
sunt porro omnibus quibus & ungues preter q̄ elephantis: qui digi-
tos non fassos sed leuiter distinctos habet. Ungues uō nullo modo
habentium iſtę quedam aduenci ut ex animalibus leo ambulanti-
bus leo: ex uolantibus aquila.

De pilis & proportionalibus pilo & pelle capitulum vii.
De pilis & pelle & proportionalibus pilo sic res se habet. que
animalium hnt ambulanti: animalq; pariuunt: ea pilos habet.
Que uō cum ambulent oua pariuunt per dumm corticalemq; habet
cutem. Scame solis pisabus illis sunt qui ouum acenarium
pariuunt. Ex longis. n. conger & murena tale ouum non edunt.
Anguilla ouum nullo modo edit. pilorum uero crossties atq; te-
mitas & omnis magnitudo secundum loca differt in quibus pili
sunt & secundum pelles qualitatem. nam in crosstiori pelle durior
ut plurimum pili crosstioresq; sunt. plures uō ac longiores in hu-
midioribus magisq; concanis. Si talis locus est ut pilos habere
debeat: quod similiter in squameis & corticalibus predictis se
habet. A uibus igitur molles sunt pili. hec si bono utuntur pabu-
lo duriores produciunt quibus duri hec molliores atq; minores.
differrunt et secundum conditionem locorum ac frigus ut homi-
num pili in regione calida duri: in frigida uō molles. Sed aut
recti quidem molles: reflexi uō duri. Natura pilorum fixilis e.
differrunt tamen alteri ab alteris secundum magis & minus. Pre-
terea nonnulli pili a duritie in duritiem sensim procedentes non
iam pilis sed spinis assimilantur: sicut erinacei pili non aliter
q̄ in unguibus: quorum genus in nonnullis animalium non dif-
fert pp duritiem ab ossibus. pellem uō secundum proportionem
magnitudinis tenuissimam omnium animalium homo habet.
Inest aut pelibus cunctis mucilaginea quedā viscositas: in aliis
parca: sicut in pelibus bouum ex qua gluten faciunt: quod nō
nullis in locis et ex pisabus faciunt. pelles inasa sensu per se ca-
ret: sed maxime pelles capitis. Cum locus inter eam & os absq;
carene sit. Ubiunq; aut pelles per se fuerit si incidatur non con-
crescit: ut in gena quod tenue est & preputium & palpebra. Pre-

terea pellic in omnibus continua est: & illic interruptur qua
 meatus naturaliter euaporant: & ubi os est: & ubi unguis simi
 liter. Omnia igitur non carentia sanguine pellem habent: pilos
 non omnia: sed sicut in superioribus dictum est. Preterea in senescen
 tibus pili mutant colorem & cani fiunt in homine. In ceteris quoque
 quauis non aperte nimium preterquam in equo. Albescat autem pilus ab
 extremo: quous plurimi est statim cani & nascantur. Unde patet
 quod canities non est siccitas ut quidam asserunt: nihil enim statim
 ficcum oritur. In prima uero pilorum fuciei origine qua lanugi
 nem appellant omnes albi nascantur. Laborantibus et quibusdam
 cani facti sunt: quibus conualescentibus canis defluxus renatus
 nigri. fiunt autem cani magis nigri pili cum teguntur quam quando
 uentis exponuntur. Canesuntque tempora hominum primo & ante
 riora prius quam posteriora. pubes non in postremis. Preterea pilorum
 alii animalibus contingantur: alii per etatem in homine anima
 lium solo: postea fiunt capitis pili superaliorum & palpebrarum
 congeniti sunt. Per etatem uero postea homo primo pubescit: dein
 de in ascella: postremo in gena sibi pili oriuntur. Equales enim
 numero loca sunt: in quibus tam simul quam postea nigri pili com
 periuntur. Deficiunt uero ac defluunt per etatem & maxime
 & primi capitis pili & ex his anteriores solummodo. In posteri
 oribus uero nullus caluicium patitur. Vocatur autem caluicium
 uerticis planities que res in superalibus anaphalantia uocatur.
 Sed neutrum horum accidit antequam uenerem quis cognoscat.
 Idcirco puer nunquam fit caluus: sed nec femine nec eunuchi. Sed
 si antequam pubescat exadatur non congeniti pili non oriuntur.
 Si uero post pubem soli defluunt pili preter pubem. feminis non
 oriuntur in gena nisi pauci quibusdam quando retenta men
 strua fuerit. Et sicut antistitis in caria que res insignum
 futurorum accidere uidetur. Alii autem oriuntur quidem sed pau
 riores: preterea tam uiri quam mulieres a natiuitate non cogne
 ritis pilis careere possunt. Suntque steriles omnes qui non pube
 scunt. Ceteri pili secundum proportionem aut multum aut
 parum crescant & maxime capitis: deinde menti: quod his
 accidit magis qui tenuium pilorum sunt. Ceterum super

alia quoque adeo decrescunt senioribus ut tondeantur: nam quoniam
 non coniunctione ossium fiunt que in senescentibus fatiscunt.
 idcirco plus humiditatis illuc defluit. In palpebris autem non cre-
 scunt. defluunt autem postquam uenerem quis cognouerit tantoque
 magis quanto quis maiorem ueneri operam dederit. tardissime
 uero ipsi canescunt. Adhuc si euelluntur pili quousque nigeat etas
 iterum renascuntur: postea minime. habet preterea omnis pilus
 in radice non nihil humiditatis uisose. unde statim si euellatur
 leniora tenuioraque tactu trahit. Preterea uariorum animalium
 pilorum in pelliculis quoque uarietatem habent: & in pellicula lingue
 similiter. Accidit autem quibusdam ut tam mentum quam maxillas
 densiores pilis habeant. aliis uero hoc planum est & maxille pilo-
 se. minus autem caluescunt qui bifurcate barbe non sunt. Adhuc
 in quibusdam egrotationibus pili crescunt sicut phisi maxime in
 senecta quoque & mortuis durioresque fiunt pro mollibus que simi-
 liter unguibus accidere solet. Ceterum magnam ueneri opera-
 dantibus congeneriti pili magis defluunt non congeneriti uero
 citius oriuntur. Qui autem effusionem sanguinis per uomitum
 patiuntur minus caluescunt. Et si calui prius fuerint non
 nulli pilosi fiunt. non autem crescit pilus abrasus. Sed infra re-
 nascens maior efficitur. Pisibus quoque duriores squame ac cris-
 siores extenuatis ac senescentibus fiunt. Senescentium est quadru-
 pedum aliorum pili: aliorum uellera prolixiora quidem: sed
 multitudine pauciora fiunt. Et aliorum solide: aliorum forficant
 unguile maiores fiunt cum senescant. Bostra quoque auium simili-
 ter crescunt: et unguile sicut & ungues. Aues autem non mutan-
 tur in pennis per etatem preter primum: nam hec cum cinerea
 sit: nigriores habent in senecta pennas. Verum pro illa que tempo-
 rum uarietate patiuntur ut putra quando in densa frigora
 fiunt: nonnunquam que simpliciter coloris sunt: ex nigris ac nigri-
 oribus efficiuntur albe: sicut coruus: passer & hirundines. ex
 albis uero in nigredinem nulla mutatio perspecta est. Secundum
 qualitatem ipsorum temporum colorum multo auis ita immutantur
 ut id factum fugiat non obseruantem. Preterea quedam ani-
 malia colorem pilorum immutant secundum aquarum mutationes

hic. n. alba: ibi nigra fieri solent: quod in maxime coeun-
 tibus accidit. Sunt. n. multae in locis aque huiusmodi
 ut si postq̄ biberunt coierint: nigros generant agnos: sicut
 in caladica thraace: in assiritide fluminis effluat qui frigi-
 dus uocatur. Et in atandria duo flumina sunt: quorum
 alterum albas: alterum nigros efficit oues. Si mandet q̄
 fluminis oues flauas reddere uidetur. Iuapp asserunt pro
 Scamandro flauum ab homero nuncupari. Sed cetera q̄
 animalia nec intus hnt pilos ex exteriori ad dorsum non
 in supinis. Dasipodi solum & intra genas pili sunt & sub pedib.
 Mustoceto aut dentes in ore non sunt: sed pili suillus similes.
 Crescunt igr infra pili abasi: supra uero non crescunt: sed pen-
 ne: nec infra nec supra sed exadunt. A pum uero penna no
 renasatur euulsa: nec alioru que pennam scissam non habet.
 nec spiculum in apibus renasatur si semel euulsum fuerit:
 sed moriuntur. De Tunica. Captm. e. u.

SUNT preterea in omnibus que sanguine no caret animalib.
 tunice. Est aut tunica compacte pelli ac tenui similis
 genere tamen aliud q̄ pellis: nam nec fissilis est nec exten-
 sibilis. hec tam in maioribus q̄ in minoribus animalibus
 iuxta ossa & uiscera comperitur quamuis in minorib. quanta
 parua tenuisq̄: omnino sit non facile conspiciatur. Sunt aut
 maxime abueu due que circa cerebrum sunt: quaru que
 ossi coniunguntur ducior & cressior qua illa que iuxta ce-
 rebrum est. Deinde que circa cor est incisa tunica nunq̄
 coit & ossa tunice denudata. Omentum quoq̄: tunica est
 quod uniuerso que sanguinem habent inest: sed in aliis pin-
 gue: in aliis sine pinguedine est: id initium & originem in pa-
 rientibus animal & utriq̄: dentatis ex medio ht uentre
 ubi quasi quedam futura ipsius est: in ipso uero non utriq̄:
 uero dentatis ex magno uentre similiter. Vesica et tunica
 est: sed aliud quiddam genus huius tunice est. extendit
 .n. Vesicam porro non cuncta hnt: sed que animal pariunt:
 omnia. ex parientibus aut oua sola testudo: uesica et incisa
 non coit: nisi penes mingendi principiu. Comperitur est tam

quod concreuerit: sed id rarissimum est. In mortuis igitur nihil hu-
miditatis pertinet. At uero in uiuis eē sicce corpulentie nonnulla
ex quibus gignuntur lapides in egrotantibus in nonnullorū eē nisi
ea tale quā factum est ut a conchiliis differre non uideatur. Sed
uene quidem & nerui & pelles & capillares & tunice preterea pili
ungues utraq; ungula: cornua: dentes: rostra: charalagine: ossa quoq;
his proportionantur hoc modo se habent. *De carne cap. ix.*

Caro uero & q̄ similem carni naturam hē in omnibus sanguinem
habentibus inter pellem est atq; ossa & ossibus proportionata. Na
quemadmodum spina se hē ad os: sic carneum ad carnes eorū se
habet quibus spina & ossa sunt. Est autē caro undiq; diuisibilis:
nec ut nerui & uene per longitudinem tantum. Gracilescentibus
iḡ animalibus uenule atq; capillares ex uenis fiunt: abundantio-
ri y uero pabulo utentibus adeps pro carne gignitur. Preterea
quibus carnes multe insunt: his minores uene sunt. sanguisq;
rubeus magis precordiaq; ac uenter paruus. nigrior uero san-
guis hū qui maiores hnt uenas. Precordia quoq; ac uenter
magnus carnes quoq; pauiores. Preterea que uentres magnos
paruos hnt hū pinguiore seu finnt carnes. Seuum autē & adeps
hoc modo inter se differunt. nam cum adeps frangibilis undiq; sit
& frigore gelet: seuum fusibile est atq; in gelabile. Iam eē seuaceos
non gelant sicut equi & suis: adipem uero habentium gelant
sicut ouis & capre: locas quoq; differunt: nam seuum inter carne
& pellem fit. adeps uero non fit nisi in extremitatibus carni:
omentum quoq; in seuaceis quidem: seuaceum in adipis uero
adipem. Vtroq; igitur denticulata ordine sicut denticata seuum
non adipem habent. Icarē eē in uisceribus in nonnullis anima-
lium seu pinguescit: sicut in selacheis. faciunt. n. ex ipso lique-
facto oleum. Ista nero selachea & in uentre & in carne separato
minime omnium pingua sunt. Adeps quoq; piscium seuaceus
est & non gelat: sed animalia cuncta quedam per carnem pingua
sunt: quedam secesum. Et que pinguedinem secesum non hnt
minus pingua in uentre atq; omento sunt: uelut anguilla
paruum adipis hē in omento: plurimorum uero uentres pingue-
sunt: eorumq; maxime animalium que in motu non sunt: ce-

terra quoque in senacis pingua sunt: ut in sue. In achuis autem
 acida: circa renes aut animalia maxime pinguescunt: dextery:
 semper pinguedinis minus habent: nam et si pinguissima sint anima
 lia: deest tamen semper in medio aliquid. sed renes adipearum
 magis undique circumdantur. Ceterorumque animalium ovium ma
 xime: moriuntur. non omnes renibus undique copertis: quod eis acci
 dit pabuli copia: sicut iuxta leontium scribitur. Idcirco depellunt
 ipsas a pabulis nonnunquam declinante die ut minus sibi accipiant.
 Sed omnibus animalibus commune est quod oculorum pupille
 accidit. Adipea. non hec particula in omnibus est que ipsa non
 carent: nec durorum oculorum sunt. Preterea cuncta que pin
 guia sunt utriusvis sexus magis infertilitatem comperiuntur
 pinguescunt: omnia magis senescunt quam adolescentia: sed maxime
 cum latitudinem ac longitudinem magnitudinis sue habuerint
 & in profunditate tantummodo crescant. De Sanguine capite

Sanguis autem hoc modo se habet: nam omnibus maxime necessa
 rius est communissimus sanguinem habentibus nec aduen
 titius est: & inest omnibus non corruptis. Preterea omnis sanguis
 in uase est in iis que uocantur uene: nec in alio preter has ullo in
 corde tantummodo. non habet autem sanguis sensum tangendi in
 aliquo animalium sicuti nec aliqua superfluitas. Sed nec cere
 brum nec medulla sensum habent. Sicutumque uero carnem quisquam
 incidit: sanguis uiuus exit: nisi corrupta fuerit caro. San
 guis sapore dulcis est secundum naturam si sani animalis est
 & colore rubeus. deterior uero uel natura uel morbo nigrior
 nec spissus ualde nec nimium tenuis qui optimus est: nisi mor
 bo uel natura deterior sit: preterea humidus semper atque calidus
 in animali est. Cum uero effluxerit omniis gelat: preter cer
 uicem & dante: & siquid aliud talem habet naturam. Ceterorum uero
 sanguis gelat nisi auferantur inde uilli: Gelatissime autem om
 nium tauri sanguis gelat: abundant preterea sanguine ma
 gis eorum que sanguinem habent. primo que animal concipiunt
 deinde que oua pariunt. Ius uero uel natura uel ualitudine
 bene se habent: nec minus multum sicut qui recentem bibunt po
 tionem habent nec paucum: sicut que pingua ualde sunt. Pingua

enim purum sanguinem hnt & paucum: quantoq; magis pinguis
 eo minus sanguinis hnt. pinguedo. n. absq; sanguine est: nec marcescat.
 Sanguis uero & que sanguinem hnt cito marcescunt & magis que cie
 ca ossa sunt: tenuissimum aut atq; purissimum sanguinem homo
 habet. crossissimum uero nigerrimumq; omnium animal parien
 tium taurus atq; asinus. In inferioribus preterea membris crossior atq;
 atrox sanguis q; in superioribus fit. Sanguis in animalibus omnib;
 undiq; in uenis simul pulsatur. Solus est ex omnibus humidis per
 totum corpus animalis est: caletq; semper quousq; uita supersit. p
 sanguis in corde animalium anteq; corpus totum formatum fuit
 pinguitur: qui quauis multus effluxerit: non tamen moriuntur
 animalia: si uero ualde multus: moriuntur. quando est humed
 tate nimium: egrotant. fit. n. aquosus penetratq; adeo ut non
 nulli sanguineo sudore sudauerint. Cuiq; in nonnullis exierit
 non penitus gelat aut seorsum ac separatim in exterioribus.
 Preterea dormientium membris ita sanguis minus abundat: ut
 si pungatur non similiter fluat. fit aut ex cruore si digeritur san
 guis & ex sanguine pinguedo. Sanguis si egrotauerit ac aratum
 exierit sua: fluit aut per nares: aut per narium: aut per os. Si
 putruerit in corpore: sanies fit: & ex sanie semen. differt autem
 feminarium sanguis a marium sanguine: crossior. n. atq; atrox
 est in feminis si etas & ualitudo similiter se habeant. Estq; in
 superficie feminarium corpus corporis minus sanguinis: intero
 uero multo plus. Sed mulieri ex femineis animalibus multo
 plures sanguinis est. Et que uocantur menstrua mulieribus fe
 minarum omnium maxime accidunt: menstruorum sanguis
 si egrotauerit fluxus appellatur. ceteris egrotationibus min
 hnt minus participant. paucisq; accidit ex anni: ex ore: ex
 naribus sanguinis fluxus. q; si quicq; euenerit: menstrua
 minus fiunt. Differt aut sanguis per etates multitudine
 atq; specie: nam in adulescentibus ac omnino pueris aqueus
 est & multus. In senescentibus uero crossus: atrox: & paucus
 paucus in his qui uigent inter ista gelat quoq; atrox qui senior
 est: et si in corpore superficie sit: quod in minoribus non ac
 cidit. Censor aut est sanguis indigestus: uel quia non dum

digestus sit: uel quia sic terminatur. medulla quoque unum ex
humidie nonnullis habentibus sanguinem animalium inest. Om-
nia uero que in corpore natura humida sunt: in uase sunt sicut
sanguis in uenis & medulla in ossibus. Alia in tunica: pelle: uen-
treque. Efficitur autem in iuuenibus medulla ualde sanguinea: in
senioribus seuacea quidem in seuaceis: adipea in adipeis. habet
preterea non omnia ossa medullam sed caua: nec istorum omnia.
Leonis. n. ossa quedam omnino non hnt: quedam perpaucam.
Quapp nonnulli negant leones habere medullam ut prius dixi-
mus. In suillis quoque ossibus paucior est & in nonnullis corp-
eorum penitus nulla. Ceterum hec humida semper fere anima-
libus congenita sunt. De lacte atque Spermate. c. xi

Postea uero continguntur lac & sperma: quorum alterum in cunctis
quibus est lac discretum separatimque est: alterum uero in
omnibus. Sed in quibusdam quod sementum uocetur sicut in
pisibus: que lac habent in mammis: mammas porro hnt: que
animal & concipiunt & pariunt uelut qui pilos habent sicut
homo & equus. Cetera quoque: & delphinus: uittulus marinus & ba-
lena: mammas. n. hec hnt & lac. Iue uero foras solummodo
animal edunt aut oua pariunt nec mammas hnt nec lac.
sicut pisces & aues. habet autem omne lac humiditatem aquati-
cam: quod uocatur serum. Corpulentum est quiddam qui uocat
caseus. lac quod pinguius ceteris est plus casei habet. Preterea
que denticulata utroque ordine non sunt: eorum lac gelat. Idcirco
ex mansuetorum lacte caseum faciunt: non gelat autem
eorum que utriusque denticulata sunt: sicut nec serum & est te-
nue simul atque dulce: sed tenuissimum omnium cameli est
deinde equi: tertio asini. Crossissimum autem est bouinum
lac a frigore non gelat: sed potius uertitur in serum. Igitur aut
gelatne & spissius efficitur: nulli animalium lac fit ut phœnim
nisi pregnans sit. Cum uero uterus plenus fuerit fit quod
Sed tam primum quam postremum inutile est. his uero que in
utero non habent paucum nonnullorum abortum uel cum se
frequenter emulgeant. nam senioribus produit & tantum qui
buldam ut infantem per lacte uocant. Sunde in uete cum

capre nonnullæ coitum non sustineant: vetica eorum ubera
 ut dolorem efficiant fricare solent. & primo sanguinolentū lac
 mulgent: deinde sublactium: postremo lac non minus q̄ ex illis
 que coitum sustinuerunt: in moribus tam in ceteris q̄ in homi-
 ne lac ut plurimum non gignitur. factum tamen est in quibus
 dam. In lemno. n. ex capri mammis: habet aut̄ duas iuxta men-
 tulam: tantum lactis emulgebatur: ut caseus inde fieret: qđ
 ei et̄ accidit capro qui natus ex illo fuit. sed hec quasi prodi-
 giosa signa existimant: nam & pastori lemno decem inter-
 roganti responsum fuit: magnam illi copiam rerum futu-
 ram. In viris et̄ post pubem paucum lactis nonnunq̄ ex-
 tenditur: quāvis multum et̄ frequentius mammas terentib;
 atq; mulgentibus prodit: lacti pinguedo inest: que cum lac gela-
 uerit: in oleum quasi uertitur. In ouino lacte siculi & alibi caprei
 imittunt coagulum nec magis gelat quod multum coaguli
 habet q̄ quod siccus h̄t. quedam igitur plus h̄nt lactis quā
 ad edulcandos epeant fetus: & uide ad conficiendum castum
 qui reponatur q̄ adrem: ouinum maxime utile: deinde bo-
 uinum. Equinum uero atq; asininum in caseo frigido cōmi-
 scetur: inest autem in bouino plus casei q̄ in caprino. sunt. n.
 ex amphora caprini ut pastores asserunt vnderiginti unie
 casei: cum ex amphora bouini fiant. xxx. Sed omnium
 que plures quā duas habent mammas lac tantum est ut
 feture sui sufficiat: nulla. n. eius est multitudo neq; ad ca-
 seum comperitur: nam nec magna multitudo eius est: nec
 ad caseum coit. gelat aut̄ lac fici succo & coagulo: succus
 .n. fici uellere suscipitur: n̄ in paucis lactis abluatur: quo per
 mixto lac coit. Coagulum aut̄ lac est cum in adhuc lac
 tentium uentis inueniatur. Lac igitur in coagulum uerti-
 tur: caseum in se ipso habens. Vertitur aut̄ calore animalis
 digestum. Coagulum uero habent quecumq; ruminant: &
 ordine utroq; denticulatis dasypus. Estq; tanto prestan-
 tius quanto antiquius: confert quando uetus ē maxime
 ad fluxum dasypodis quoq; similiter. Optimum uero est
 catuli ceruini plus et̄ aut minus lactis ab habentib; trahit

Capre nonnullæ.

secundum magnitudines corporum & iuxta pabulorum differen-
 tias: nam apud phasin parue buccule sunt: & tamen per mul-
 tum singule hac reddere solent. Epitotici boues amphoram sin-
 gule: huiusq; dimidium per duas mammas: quas qui mulget
 rectus stat parum se ipm inclinans: non. n. posset attingere si
 sederet. Cetera igitur quadrupalum preter asinum magna
 in episo fiunt. Boues vero canesq; maximi: & indigent que
 magna sunt pabulo uberiore. curam sunt in illa regione: ubi
 ad singula anni tempora loca sunt congrua. Gignuntur igitur
 boues ibi maxime duces et que vocantur probruce a pyro
 rege ut cognominantur. Alimenti aut aliud lac restringit sicut
 modica herba que ruminantibus id maxime facit: aliud mul-
 tiplicat: sicut cythrus & ceruum cythrus tamen qn floret no
 confert: urit. n. & ceruum pregnantibus non conducit: diffi-
 orem. n. partum reddere solet: omnino tamen que quadrupe-
 dum comedere possunt: iis similiter ad vesica quoq; morbos
 conducit: mulgentesq; abundantiore alimento utentia, quod
 si ventosum fuerit: plus lactis facit oblatum: ut si fabarum
 copia ovi: capre: boui: capreeq; prebeatue: demissiora. n. ube-
 ra reddit. Signum namq; multi futuri lactis est: cum ante
 partum ubera demittantur: longo tempore lac ab animalib;
 reddunt: si absq; coitu sint & copioso pabulo non indigeant.
 Sed a bonibus omnium maxime quadrupedu. octo namq;
 mensibus ovis ad mulctam venit: quamvis ab omnib; que
 ruminant multum lac & ad caseum utile profluat. A pud
 Toronea panas ante partum diebus intermissio fit a bobus:
 & reliquo tempore semper lac hnt. Lac mulieris lactantibus
 utilius est: si ad liuorem declinet q; si album sit. Unde nigre
 mulieres sanius q; albe lac habent. mitior magis quod plus
 casei ht: sed sanius infantibus est quod minus. Omnia vero
 que sanguinem hnt. emittunt sperma: quod quid quomq;
 ad generationem conferat: alibi dicemus. Plurimum. n. com-
 paratione magnitudinis homo emittit. pilos habentibus sper-
 ma viscosum est. aliorum caret viscositate. Preterea om-
 nium animalium sperma album est. falso. n. herodotus

scripsit: atque ab ethiopicis sperma emitti. Album igitur
 & rossum si sanum fuerit ermittitur. Et egressum nigrum
 foris & tenue fit: in gelu non coit: sed album ualde atq: aquo
 sum tum colore: tum rossitie redditur. In calore rossius fac
 tum coit. Cuiusq: moram in utero traxerit si excederit rossius
 egreditur & nonnunq: siccum conglobatumq: Ad hec quod secun
 dum est profundum aque petis: quod infertundum diffundi
 tur ac dissipatur. falsum est est qd de elephancorum sperma
 te Olessia scripsit. Quartus Liber de animalium historia
 Diuisio animalium sanguine carentium. Capm. 1.

SED de animalibus que sanguinem hnt: in quibz
 conueniant membris: & que unicuiq: generi pro
 pria sint: De dissimilibus et atq: similibus ptibus
 & de interioribus ac exterioribus iam dictum e.
 quare de carentibus sanguine modo dicendum uidetur.
 Horum multa sunt genera. Vnum eorum que mollia uo
 cantur. hec sunt que cum sanguine careant carneum fo
 ris durum siquid eis est intus habent: quemadmodu et illa
 que sanguinem hnt: sicut sepiarum genus. Alterum tenuio
 ris cruste animalium que crustata dicantur. hec sunt que
 durum foris molle & carneum intus hnt. In his quod durum
 est flexibile non tritibile: quale locustarum est genus atq: ca
 ceorum. Preterea durioris teste animalium genus quatu
 sunt: quorum carneum intus: durum foris quod frangi
 bile: ac terribile est non flexibile: sicut coclearum genus & ho
 strearum quantum ad hec insectorum est: quod multas ua
 riasq: animalium species in se continet. hec sunt que ut nom
 significat inafueas aut in dorso aut in supinis aut in utrisq:
 hnt: nec osseum quicq: separatim hnt: nec carneum: sed me
 dium inter utraq: durum. n. tam intus q: foris corpus eoruz
 est. Insecta igitur pennis carentia sunt: sicut storpis & stolopendm.
 Pennata autem sicut apes & uespe. Inuenitur autem in ipsis ge
 nus & pennatum idem & sine pennis. nam formice & abiq:
 pennis & pennate inueniuntur. Similiter que uocantur

nitedule. De partibus mollium exterioribus. cap. 11
Mollia igitur has exteriores hnt partes. primum quos pedes vocat
 deinde quod post pedes sequitur caput. tertio truncum a quo in
 teriora continentur: quem nonnulli caput appellant: non recte
 nominantes. Preterea pennulas circa truncum. accidit aut omnibus
 mollibus: ut inter pedes & ventrem caput sit. octo pedes omnes snt
 & hi omnes bicotuli preter unum poliporum generi. Verum sepiæ
 lolli: gungule & loliginæ propria quedam hnt: sunt. n. in eis pro
 musculos due longe que in extremitate asperitatem hnt biotylam
 quibus cibum capiunt orig: admovent. Cuncti: tempestas insurre
 xerit: alium lapidum inherentes super illas quasi in anchora se
 stabiliunt. natant aut pennulis quas circa truncum hnt. In pe
 dibus omnium cotyledones sunt. Polipus igitur pedibus quasi ma
 nibus et utitur. duobus. n. que supra os sunt ad se attrahit. ex
 trema vero que acutissima ac subalba est & in extremitate bisul
 cus qui super dorsum est. dorsum aut appellatur id lenæ ubi
 quod cotulule sunt: hoc igitur qn coeat utitur. ante truncum
 supra pedes caua sibi fistula est: qua marinam aqua per os intru
 tum acceptam emittent. hanc modo ad dexteram modo ad fini
 steram transfert: hac et sementum transfert emittit. id animal
 obliquu natat pedibus ad caput extensio. sic. n. nanti antero
 ra prospicere contingit. oculi. n. sibi superius sunt: os vero po
 sterius. Caput vero donet uiuat durum hnt & quasi inflatum:
 tangit aut & retinet resupinatis pedibus. pellicula inter pedes
 interiecta tota extensa est. hec animalia si exacerint in arena
 nihil possunt detinere. Differentie vero sunt inter polipos &
 cetera omnia mollia. poliporum. n. truncus paruus est: pe
 des longi: illorum truncus permagnus: pedes breuiore ut ipse
 progredi nequeant. Sed istorum et inter se. longior. n. est lolli
 gula: sepiæ vero latior: loliginæ et q loliginule multo ma
 iores sunt: crescunt. n. ad quinq: cubitos: Verum et sepiæ bra
 bice inuente sunt: tamq: magnitudinis poliporum pedes se
 & nonnunq: maiores. Rarum aut est genus loliginum
 & differt secundum figuram a loliginulis. acumen. n. lolli
 ginum latius est. Et ad hec circa totum truncum pennula est

que lolligumule id est calamari deficit. Vtrumq; tamen obli-
 quum est. post pedes caput omnium est inter ipsos pedes qui
 grece plectane uocantur. Capitis aliud os in quo duo insunt
 dentes. aliud oculi duo magni qui supra dentes sunt: inter q̄
 chartilago parua est paruum continens cerebrum. In ore uō
 carneum quid paruum est: sed illo carneo pro lingua utunt̄
 post hoc de foris truncus aspiciatur. Caro eius fissilis est: non t̄n
 in rectum & sed in circulum circa quā pellis uniuersa mollis
 est. post os longus angustusq; hysoptagus est: quem sequitur magna
 rotunda & gallinacea uesica: quem uenter subsequitur quasi
 per omasum: cuius figura similis est buccinatorum uolutione.
 ab hac rursus tenuis intestinum fertur suum ad os quod
 tamen stomacho crosius est. Nullum omnium mollium habet
 precordia: nisi quam mystin uocant: & in ea sementum nigrū
 quod maxime plurimum habet sepia. Omnia igitur hoc erant
 tunc cum pertruncerint: sed maxime omnium sepia. hec igit̄
 mystis sub ore locata est: & per hanc stomachus tendit: qua uero in
 testinum supra tendit illic infra sementum est: eademq; membra
 nula emittitur. habent preterea uillosa quedam in corpore.
 Sepia igitur & calamare & lolligo durum intus habent in dorso
 corporis: & uocatur illud sepium: aliud gladius que differunt.
 quoniam sepium durum latumq; est interspina ossiq; natum
 habetq; in se ipso arenositatem porosam. lolliginum uero gladius
 tenuis quiddam est atq; chartilagineum magis est: differunt et̄
 inter se figuris sicut & trunci: polipi autē non habent intus
 quicq; solidum atq; durum: sed iuxta caput cartilagineum qd
 quod in ueteribus perdurecit. femine quoq; a maribus differunt:
 mares. n. mentum habent sub stomacho a cerebro ad inferiora
 trunci tendentem: idq; ad quod tendit mamme simile est. hec
 in feminis bina & supra sunt in utrisq; tamen sub istis rubea
 quedam inueniuntur corpuscula. polipi ouum unum ine-
 qualesq; foris & magnum est in quo n̄ est humidum leue to-
 tum & unius coloris album. n. est tanteq; multitudinis ut
 maius capite polipi uas impleat. Sepia duas habet capedines
 & multa in illis oua alba grandini similia hec particule quomo

locatae sint in descriptionibus anathomie inspicatur. Differunt autem
mares istorum a feminis & maxime sepias: Trunci .n. superiorumq;
superioris atrox sunt: asperiora in maribus sunt q; in feminis: &
quasi baculis uariata: quodq; quasi canda uidetur acutius est.
Sunt autem multa genera poliporum. Vnum quod maxime sup
natat: quodq; maximum omnium est: quibus multo maiores
sunt litorales quam pelagi. Alterum parviorum ac uariorum
qui non comeduntur & alia duo alterum eorum qui eledones
uocantur: prolixitate pedum differentes. Et quoniam soli ex
mollibus unicotulae sunt: cetera uniuersa bicotulae sunt. Alte
rum illius quam nonnulli bolitenam: nonnulli azolim appel
lant. Alia duo ad haec in ostreis sunt: a quibusnae nautilus
portulus uocantur: hic palpo similis est: cuius testa est quasi
petruiculi concava & non conclusa. hic sepias in litore pascat
& a fluctibus nonnunquam in terram proicitur: capitneq; cum te
sta decidit: & moritur in terra. parui autem nimium ista sunt
& specie bolytemis similes. Alius in testa est uelut coclear: non
.n. exit ex testa: sed plectanas nonnunquam foras producit. Ac
de mollibus quidem dictum est.

De partibus crustatorum.

Capitulum .iii.

Crusta uero & tectorum unum genus est locustarum & hinc
simile. Alterum earum que uocantur astarines: que diff
runt a locustis: quoniam forcipes habent: aliusq; quibusda diff
rentiis non tamen multis: aliud cancerum est & aliud gam
marum: que duo multas sub se continent species: nam
gammorum alie typhi: alie mangones uocantur & genus pae
uorum: maiores .n. non fiunt. Cancerum uero genus uari
um adeo est: ut uix numero exprimi possit: maxime aut
eorum que mebe dicuntur: deinde paguri & heraclea po
sta. Anniales ceteri minores & in nominatae sunt. gignun
tur praeterea ex ga fenicem in litore canceri prope equi uocan
tur: q; ita uelociter currunt: ut facile apprehendi nequeant.
In sassa uacui reperiuntur: quoniae pabulo caecent. Et & aliud
genus paeuum: quod quidem ut canceri sed specie simile astarines.
haec omnia ut iam diximus duorum & testum foris habent

in loco pellis: carneum uero intus: spatiosioresq: sunt in supinis
 appendices: unde partus a feminis editur. Locuste utriq: pedes
 habent quinq: cum extremis forficatibus. Similiter & cancei ut
 omnes cum forficatibus decem sint. Gammarorum uero cyphi
 quidem utriq: hnt ad caput acutos: & alios quinq: iuxta uen-
 trem utriq: in extremitatibus latiores. hi gammarum laterales ap-
 pendices in supinis non habent: & superiores que ad dorsum st
 locustis habent similia. Crangones aut e contra. primi n. qua-
 tuor utriq: sunt quos sequuntur utriq: tres alii tenues. Re-
 liqua & maior pars corporis pedibus caret. horum omnium
 pedes quemadmodum & insectorum in obliquum flectuntur. Lo-
 custa uero et caudulam habet & quinq: pennulas. Ex gammaro
 similiter cyphi caudulam: sed pennulas quatuor. Crango utriq:
 in caudula pennulas. horum utriq: medea spinea sunt: nisi q
 ambobus medium latum est cyphi acutum. Cancer solus ex istis
 absq: caudula est. Etiam cum locustarum gammarorumq: corpus
 longum sit: cancerum rotundum est. Locusta mas & femina
 differet: qm primus femine pes bifidus est: masculis monungulus:
 pennulas et que in supinis sunt magnas habet femina: & iuxta
 collum permutatas. Adhuc in excecemis marium pedibus magna
 quedam & acuta sunt quasi aculei: que in feminis parua.
 & leuia sunt. habent et ambo magna & aspera pre oculis cor-
 nua: & alia parua & leuia subtus. Oculi omnium duci st
 & tam inter q foras q ad obliquum mouentur quod simile
 imo magis in plurimis cancerum fieri uidemus. Astero-
 nea uero subalbam ht totum colore nigro suffusum. Infe-
 riores pedes octo sibi sunt usq: ad magnos. post octo magni st
 multo maiores latioresq: in extremo q locustarum: sed ine-
 qualiter. Nam dexter ultimam latitudinem longam atq:
 tenuem habet sinisterei crassa rotundaq: est: utraq: tamen
 in summitate scissus est & quasi maxilla infra supraq: den-
 tes habet. Sed dexter paruos omnes atq: serratos. Sinistree
 extremos quidem serratos: medios uero quasi maxillares: in
 feriori quidem ordine quatuor & continuos. In superiori uero
 tres & non continuos: mouentq: superiorem utriq: partem

ad inferiorem astringentes. Sunt et utriq; obliqui quasi ad capien-
 dum stringendumq; apti. Supra magnos duo alij villosi paruum
 sub ore & sub hys branchiformia quedam multa & villosa apud os
 que semper mouent flectunt autem atq; aduocunt duos pilosos
 pedes ad os: qui tenues et appendices habent: & dentes habent duos
 os sicuti & locusta: & cornua supra istos parua & breuiora tenui-
 oraq; multo q; locusta: aliaq; quatuor formam similia illis sed
 breuiora simul atq; atq; tenuiora. Supra hec oculi sunt parui
 & breues non ut locustarum magni: quod supra oculos est a-
 cutum est & asperum & quasi frons est maior qua locusta: fa-
 ciem quoq; omnino acutiorem: toncemq; latiore habet multo
 qua caruius: totumq; corpus mollius atq; magis carnosum.
 Ex octo aut pedibus quatuor sunt bisulci in extremis quatuor
 minime. Circa uero id quod collum uocatur exsertus qd
 omnia diuersa sunt: exha et est latum illud extremumq; qd
 quinq; latera habet appendices: interiora uero in que femine prius
 parturiant villosi quatuor sunt: & per singula rectam habent
 spinam & breuem: corpus totum atq; toncem leuem habet: no
 asperum ut caruius. Sed in magnis pedibus exserta spinas
 maiores habent. femine a; macibus nullam differentiam habet
 uidentur. nam utraq; alteram quam foris tulerit forficalem
 & maiorem habent: neutri. n. unquam equalis utraq; sunt. hec
 omnia per os aquam suscipiunt: sed cancri resurbitet per par-
 ticulas paruas: emittunt aut per branchiformia locustae membra.
 mulea. n. huiusmodi habent quod omnibus istis comune est.
 Dentes cuncta duos habent. locusta namq; primos duos habent
 & os carneum magis pro lingua. deinde uentrem statim post
 stomachum: quam locustiformibus & locustis recte ad eandem
 terminantur: qua superfluitatem emittunt & oua pariant.
 Cancris uero iuxta medium: ubi operculum est. foris autem
 et isti unde oua pariant. Ad hec femine iustus circa intestini
 capacitatem ouorum habent: que uero mystis aut mecon uo-
 catur: eam maiorem aut minorem hnt uniuersa: quarum dif-
 ferentes formas in singulis oportet inspicere. Locuste igitur ut
 dictum est duos habent dentes magnos atq; causas in quibus

humor est similis mystidi. Intermedio uero dentium car uncula est
 ad lingue formam. ab ore autem breuem habent hyso phagum: & uen-
 trem post illum membraneum os. Cuius dentes sunt tres: duo e-
 qualiter inter se oppositi: tertius uero subest. Ex latere autem uen-
 tris simplex equaliterq; coosum intestinum est per totum usq; ad su-
 perfluitatis egressum. hec omnia locuste & carani & cancci habent.
 Nam et cancci duos dentes habent & locuste meatum a pectore pen-
 dentem usq; ad superfluitatis egressum. is in femina quidem utem-
 lis: in masculo uero sementarius hic meatus ad concauum carnis
 ita est ut caro intermedia sit: intestinum. n. ad conuexum meatu
 ad concauum est quemadmodum & in quadrupedibus. nulla
 porro differentia est inter meatum maris & femine: utriq; n. te-
 nues albiq; sunt pallidam in se habentes humiditatem; ex pectore
 preterea pendunt utriq; ouum igitur iste habent & inuolutiones.
 Gammati quoq; similiter: propria uero mares habent & non femine
 alba quedam duo iuxta pectus in carne secundum colorem atq;
 substantiam: sepi: promustidi similiaq; inuoluta sunt sicut buc-
 cini meco. horum initium ad cotulidentes est: que sub ultimis pe-
 dibus sunt. habent et in hoc carnem rubeam colore sanguinea
 tacta viscosam & dissimilem carni. Ex hac autem buccinea que
 iuxta pectus est alia est inuolutio coositudine quasi harpedone
 sub eis duo quedam sunt acenacia ab intestino pendentia, se-
 mentaria hec mares hnt: femine aut ova colore rubra: quoru
 ortus est ad uentrem & uterunq; intestinum usq; ad caenerum.
 hec tenui membranula continentur: ac membra quidem inte-
 riora excretionaq; ista ipsis sunt. Accidit autem ut interiores san-
 guinem habentium partes habeant nomina. Cuncta. n. habent
 uiscera intus. Carentium uero sanguine nullum. Sed istis & ul-
 lis omnibus commune est ueriter: stomachus: intestinum. & resu-
 de canccis quot pedes habeant forficales & ceteros & quomodo
 habeant dictum est. Sed ut plurimum omnes dexterum forfica-
 lem maiorem robustioremq; habent. de oculis et dictum est.
 q; in obliquum plurimi respiciunt. Truncus uero corporis in-
 formis est: caput preterea & si qua alia pars sibi est: oculos ex
 latere habent: alij supra statim sub extremitate dorsu distantes

inter se multum: nonnulli in medio & propinquos ut heracleotici
 & que mebe uocantur. os sub oculis est: & in ipso dentes duo sunt
 locuste: nisi q̄longi sunt: non rotundi. in his opercula sunt duo: & in
 ter hec talia quedam sunt: qualia locuste habent ad dentes: aqua
 igitur ore accipiunt: quam operculis repellunt: & per superiores
 oris meatus emittunt operculis claudentes qua ingressa est. Isti
 aut statim sub oculis sunt. Cuius aquam acceperint: utriusq; ope-
 culis os claudunt. deinde respuunt hoc modo aquam. post den-
 tes stomachus ualde breuis est: adeo ut uenter statim post os esse
 uideatur. Venter igitur post stomachum bifidus est: cuius ex medio
 simplex & tenuis procehit intestinum: quod sub externo ut dicitur
 est operculo terminatur. Intermedia operculorum sibi talia sunt
 qualia locuste ad dentes. Intus uero intrinsecum pallidus hu-
 mor est & parua quedam alba longiuscula: & alia flaua produc-
 ta. Masculus a femina magnitudine: crosse & operculo distet
 q̄ maius in femina est. magisq; distans magisq; nillosum sicut
 & in gammatis feminis. Sed partes quidem crustatorum hoc
 modo se habent. De partibus testaceorum Capitulum. iiii.

Testa uero conclusio sicuti cocleis & cochis & omnibus que
 ostrea uocantur. Ad hec echinii est generis carneum in
 omnibusq; habent. ita se habet ut in crustatio. Intus. n. caro
 est: testa uero foris: & intus nihil omnino durum: Sed ipsa inter
 se multas habent differentias & secundum testam & secundum
 carnem: nam alia carnem nullam habent ut echinus: alia
 sic intus totam habent: ut preter caput nihil cernatur sicut
 coclee terrestres: & que a quibusdam cocalea uocantur: & ex
 marinis purpure buccina & cochi ac cetera que ad micio
 pines formam sunt. Aliorum uero quedam ditius quod mo-
 nathyra sunt. Dithyra dico que duabus testis: monithyra
 que una tantum concluduntur. nonnulla carnem in proprio
 habent sicut patella. Ex dithyris autem quedam aperiuuntur
 sicut pedines & murices. nam in his omnibus in altera parte
 bina teste coniuncte sunt: in altera minime ut claudi ape-
 ririq; possint. quod quauis bithyra similiter sint: tamen utriusq;
 concluduntur ueluti cannule. Sunt et nonnulla que uniusq;

testa concluduntur & nihil nudum extra carnem foris habent.
 sicut que uocantur tichea. Sunt preterea inter testas ipsas differen-
 tie: nam alie lenes sunt ueluti cannule murice & nonnullae
 conche: que a quibusdam uocantur galacee. alie asperae sicut
 palustris teste ostrearum pinarum deinde conchyarumque qua-
 rundam. quorum alia uirgata sunt ut pectunculus & concha
 rum quiddam genus crosseae quoque atque tenuitate testarum
 haec animalia differunt. testarum dico uel totarum: uel ex parte
 ut puta secundum labia. alius .n. labia tenuiora sunt ut
 muricibus: alius crossea ut palustribus ostreis. Ad haec alia
 moueri possunt ut pectines quos nonnulli et uolare asserunt.
 nam uel ex instrumento quo capiuntur multoties exiliunt.
 alie extra testam cui adherent moueri non possunt: sicut pinae
 que pinnae muci testam habent conformem multa cuncta moue-
 tur & repetunt: sed patella dissoluta patitur. omnibus uero
 his ceterisque durioris teste commune illud est: ut testa intus lenis-
 sima sit. Caro in monothyeis atque dithyeis sic testis adheret
 ut non nisi ui euellatur magis soluta est in illis que pinnae
 muci magis conformia sunt. proprium his omnibus est: ut ex-
 tremum teste a capite inuolutionem habeat. omnia uero a ma-
 ioritate operculum habent. sed cuncta ostrearum que pinnae mu-
 ci conformia sunt dextera sunt: nec ad inuolutionem: sed ad
 oppositum mouentur. haec igitur differentie in anterioribus horum
 animalium partibus sunt. Interiorum autem similis quadam
 natura in omnibus est: praesertim in conformibus pinnae muci
 magnitudine inter se excessusque passionibus differunt. Similiter
 monothyma & dithyma non multum inter se differunt. Sed parum
 quidem inter se plurima multo magis aut ab immobilibus: quae
 a sequentibus magis patet: natura igitur Strombiformium cum
 simul in omnibus sic secundum excessum ut dictum est diffe-
 rentiam habet: quaedam .n. maiores manifestioresque habent par-
 tes: quaedam minores et contra. Preterea duritiae ac mollitiae ce-
 terisque huiusmodi passionibus. Cuncta .n. habent ex maxime in
 ore teste carnem duram: sed alia magis alia minus: cuius ex me-
 dio caput ac duo cornua prominent que magna in maioribus

in parvis parua omnia sunt. Cuncta caput eodem modo emittunt. Cuiusq; si uerint, intro retrahunt cuius os & dentes habent que dam ut coclea longos acutos ac tenues, promissidas et habent si cut & musce. hec ligniformis est. hanc et buccina purpurea: peduram habent & ueluti culices atq; asilli quadrupedum pe netrant pelles: imo tunc hec illis durior est. Perforare namq; testas escaram dicuntur. Post os statim uenter sequitur qui in cocleis gallinaceis uesicula similis est. Infra uero duo quedam habent alba duraq; mammis similia, qualia in sepiis et inue niuntur: nisi qd hec duriora sunt. A uentre stomachus simplex ac longus usq; que in profundo est. hec igitur patent et inque puris atq; buccinis in teste in uolutione sunt. post stomachum intestinum sequitur simplex totum usq; ad exitum: cuius ini tium iuxta in uolutionem est meconis qua latius est. Est. n. mecho ex magna sui parte quasi uentris superfluitas in om nibus testaceis: unde reflexam supra fortis ad cornu rursus & terminatur iuxta caput: qua superfluitas similiter omnibus strumbiformibus tam terrestribus qua marinis emittitur. Longus autem meatus ac albus stomacho a uentre in magnis cocleis annexa membrana conexus colore mamiformibus que supra sunt similis. is inasuras habet, sicuti gammari ouum. Sed colore hic albus est: illa rubeum: & hic nullum habet excessum neq; porum: sed in tenui membrana est: & angustam in se ipso habet conca uitatem. Ab intestino uero nigra quedam atq; aspera con tinua infra deferuntur: sicut in testudinibus: quous nigris minis. hec marini quoq; coculi habent & alba similitate. Sed minores minora. Monochyra uero & dychira partem huius similitate se habent: partim albae. Caput. n. & cornua & os & quod linguiforme est habent: sed in minoribus propt paruitatem. hec latent que in mortuis aut in iis que no morientur certiora sunt. meconem aut omnia habent: sed non in eodem nec equalem nec similitate manifestam. Cecu patelle quidem infra in profundo. Dychira uero in pophai formipolosa et omnibus his circumscripta sunt: ceteri & pec

tumulis & quod ouum dicitur in habentibus: quoniam habent in
 circumferente articulo hoc ad alteram partem est sicut album in
 coctio. Similiter. n. illud est et in his. Verum iste omnes par-
 ticule manifestiores in magnis sunt ut diximus: in paruis aut
 minime ut uix utriusque in magnis pectunculis manifesta hec sunt.
 Magni autem pectunculi sunt qui testam alteram latam habent:
 ueluti suppositam. Superfluitatis autem emissio ex latere ceteris
 est: habent. n. qua foras emittitur. nam mecon superfluitas in
 membrana est ut diximus: quod autem ouum appellatur in
 nullo habet porum: sed ipsi carni supereminet: nec in eadem
 parte cum intestino est: nam ouum in dexteris: intestinum
 in sinisteris est. huiusmodi ergo in ceteris superfluitatis emissio
 est. Siluestri autem patelle: quam nonnulli maxinam aurem
 appellant superfluitas in eam testam emittitur: perforata. n. te-
 sta est. Venter et manifeste post os in hac est: & que ouifor-
 mia sunt que omnia quo inter se disponantur ex anatomia
 perspicantur. Qui uero cancerulus uocatur inter mollioris or-
 ste ac durioris teste animalia locari uidetur: naturam. n. lo-
 custiformibus similis est: & gignitur per se ipsum. quod autem in testam
 ingressus uiuit: durioris teste animalibus assimilatur: propter hec
 igitur utriusque participare uidetur. hinc formam ut breuiter
 dicam acanthice similis est: nisi quia quod infra caput atque
 toracem est maius habet quam illa. habet autem cornicula duo
 termitia flaua que sub quibus sunt oculi longi non reconditi nec
 reclinabit ut cancerorum: sed recti. Sub oculis autem os habet
 & circa os quasi pilos quosdam quos plures: post quos duo sunt
 pedes bisulci: quibus robur ori aduenit: & alii utriusque duo
 & tertius paruus. quod uero infra toracem est: totum malle
 est & apertum pallidum esse nitens cernitur: ab ore usque ad
 stomachum meatus unus. Superfluitatis autem meatus mani-
 festus non est. pectus & torax duri: sed minus quam in canceris.
 Testis non affigitur sicut purpuree atque bucinæ: sed facile inde sol-
 uitur: longiora uero sunt que in strumbiformibus sunt quam que
 in neritis: Nam neritorum aliud quiddam genus est: in aliis
 simile. Sed ex bisulcis pedibus dextrum paruum: sinistram

magnum habet: & ambulat magis super hunc. Inuenitur autem
 in locis saxosis ubi similes scopulorum appendices sunt in aliis: et sylli-
 rino appellatur. Nerita uero testem habet lenem, nigram & rotundam
 & formam buccino similem: non habet tamen ut illi atram neco-
 nem, sed rubeam & est in medio leniter affixus: tranquillo igitur
 mari hec omnia pascuntur soluta: uentis autem exagitato canceruli
 quidem ad lapides quiescunt: nerite uero accedunt ueluti &
 patelle similiter & hermogroides & totum huiusmodi genus adheret
 aut lapidibus: postea quod operculum amouerint: quod quasi tegmen
 esse uidetur: quod. n. in bithyris utraq; id instrumentum formibus
 altera pars. intus carneum quiddam est & os in eo. eodem autem
 modo hec se habent. In hermogroidibus & purpuris. ceterisq; hinc
 que uero maiorem sinistram habent pedem hec in nucce pinea
 non in nascuntur: in neritis autem in nascuntur. Inueniuntur etiam
 coclee que habent in ipsis animalia testaceis similia paruis
 hec in fluuijs gurguntur & distant a cocleis: eo quod mollis in testa
 sibi caruncula sit: qui quales forma sunt in anachornia perspi-
 cias. Echinni uero carunculam non habent: sed est hoc illis pro-
 prium: nullus. n. eorum carnem intus habet ullam. atra uero
 quedam omnes. Echinnorum genera multa sunt: unum quod
 comeditur: & istud est in quo que uocantur oua magna
 & esculenta gurguntur & in minoribus minoribusq; similia. ha-
 bent. n. et quando parui sunt ista. Sunt & alia genera duo
 spatagras & byrsas uocant. hi pelagi rariq; sunt: ad hec qui uo-
 cantur anserutei qui magnitudine omnium maximi sunt ac-
 cidit aliud quoq; genus quod magnitudine paruum est: sed
 spinas magnas habet atq; proceras: inuenitur in mari multis
 profundo passibus. hoc quidam contra stranguarias uentur
 iuxta toronem non reperiuntur echinni crustos: spinas & oua
 atq; longitudine ceteras maiores: quamuis spinis non magne-
 nec dure sint sed molliores his: ab ore pluma nigra sunt: ad ex-
 teriorem quidem partem coniuncta ad se ipsa uero distincta
 quibus quasi distincti sunt. Echinnorum esculenti creberrime atq;
 maxime mouentur: signumq; habent quoddam in spinis. Om-
 nibus igitur insunt oua: sed nonnullis parua omnino & non

esculenta. Accidit autē echino ut infra habeat quod dicitur
 caput: supra uero quae superfluitatem emittit: quod strom-
 biformibus cunctis & patellus et accidit. pabulum. n. infra ē
 quare os ad pabulum habent: superfluitatem uero supra ad
 cruste dorsum. Echinus dentes habet quinq: canos infra
 & inter eos carneum quiddam pro lingua: ad quod sequitur
 stomachus deinde uenter quinq: partitus superfluitatis plenus.
 omnes autē sinus uentris ad unum superfluitatis exitum conti-
 nuantur: qua crusta perforata est & sub uentre in alia mem-
 branula sunt ea quae uocantur ova equalia nō in cunctis:
 imparia. n. sunt multitudinis & semper quinq: ex quibus in-
 gra a principio dentium supra dependent quae amara sunt
 & non esculenta. huiusmodi res in multis animalium est,
 aut saltem proportionatum aliquid. In testudinibus. n. phry-
 nis canis strombiformibus & mollibus in est: colore tamen diffe-
 runt & in omnibus aut omnino aut magis in esculenta sunt.
 Echini os secundum principium quidem & finem continuum
 est. secundum superficiem uero non continuum: sed laterum
 apicibus simile: corium circa non habent: utitur autē spinis
 quasi pedibus: illas. n. annexus de loco in locum progreditur.
 que uero cathexa uocantur diuersam ab his omnibus habent
 naturam: totum. n. eorum corpus tegitur testa: testa autē
 eorum est inter pellem & testam. Ideo et inciditur sicut boni-
 na pellis produm. Testa igitur lapideus affixa est, duosq: ha-
 bet meatus alterum ab altero distantes paruos nimirum nec
 uisu faciles: unde humiditatem & emittunt & accipiunt:
 nulla. n. in ipse sicut in aliis ostreis superfluitas apparet:
 quorum quedam sicut echinus: quedam metonera habet.
 cum autē adaperita fuerint plurimum apud testam neruea
 inuenitur membrana: nira quod carneum ipsi tuchi est.
 nulli aliorum simile. que quidem caruncula in istis omnibus
 similis est. hec duobus in locis membranule ac pelli affigi-
 tur. ex latere qua affixus est: hac angustus est aduersus:
 quibus ad meatus tendit: qui extra testam feruntur: unde
 emittit & recipit alimentum & humidum quasi alter os sit

altes superfuitatis conductas. horum altes crossior altes tenuis
 est: ut infra concavitatis utriusq; est. paruum n. quiddam conca
 vitatis continuitatem dissepit. ita in altera concavitatis hu
 miditas inuadit: nec ullam aliam partem habent distin
 ctam partium: nec sensus organum: nec ut dictum de aliis e
 superfuitatem. Colore vero tinea quaedam pallida: quoda
 rubra sunt. Urticacum quoq; genus singulare quiddam est.
 Id lapidibus ut nonnulla ex testaceis affigitur: sed soluitur no
 nunq; nec testam habet: sed totum corpus eius carneum est: fer
 tit aut porrectam manum & corripit atq; amplectitur fuita po
 hris peptetanas: adeo quod caro eius temescat. Os in medic
 habet & uinit a lapide fuit ab ostreo: & signis de paruis ex
 cidetis pisibus: rapit n. & tenet quemadmodum manum
 sic se esulentum quidam in eam incidit. genus praeter qda
 earum soluitur quod pectunculos & echinul fuitidesint de
 uorat. hec nullam habere superfuitatem uidetur: sed est in
 hoc planta similis. Sunt aut urticarum genera duo: minoris
 que magis esulente sunt: & maiores ac duae que iuxta cal
 idem et inueniuntur: tempore hiemis solidiorem habent car
 nem: urtica ac ideo capiuntur & comeduntur. estatis tem
 pore pereunt: fuit n. ut siquis tetigerit tunc di
 lacerentur & integre auferri non possunt: calore q; laboran
 tes lapides magis ingrediuntur. de mollibus igitur & crusta
 tis & siliceis quas partes foris intraq; habent dictum est.

De partibus insectorum

capitulum

Nunc eodem modo de insectis dicendum uidetur: quod
 genus multas in se ipso continet species: quarum nonnullae
 quibus generales sunt: nullum tamen nomen commune ipis
 inditum habent: sicuti api crabroni: uespe ceterisq; huius: & si
 cuti ea quibus pennae in uagina sunt: ut citendela: cancrio
 scabentis & quocumq; his similia sunt. communes igitur omnibus
 partes tres sunt: caput: uenter & quod inter haec est: scilicet pec
 tus & dorsum: in aliis hoc aut intermedia in plurimis ueni
 est. que uero longa pedumq; multorum sunt equalia fe
 re incursio hnt intermedia. omnia insecta uitam habent

diuisa: nisi que aut magno frigore detinentur: aut pro parte
 uitatem cito frigescent: nam et uespere diuise uiuunt: tam me-
 dia igitur parte tam caput quam uenter uiuit: sed caput etiam
 sine ipsa: uerum que longa multorumque pedum sunt longo tem-
 pore diuisa uiuunt: moueturque pars diuisa est: uerumque ul-
 tionum. nam et ad inuisionem et ad caudulam graditur: sicut
 que uocatur scolopendra: oculos habent cuncta: nec ullum
 aliud sensus organum manifeste apparet preter linguam.
 nonnulla que etiam testacea cuncta habent: hac exquirunt et
 alimentum ad se attrahunt. hec alio mollior est: alio pedu-
 ra sicut purpura. Culices autem atque asyli duram id habent
 et alia fere plura. In omnibus. n. que spiraculo in postremis ex-
 rent. id quasi solum est. In uentibus igitur id habent: dentes non
 habent: preter pauca quedam: nam et musce hoc pungentes
 sanguinem trahunt: et culices per hoc pungunt. Quedam igitur
 insectorum habent spiracula: que alio intra sunt ut apes et
 uespes: quibusdam foris. ut scorpionum: quod solum ex insectis
 longioris caudule est. ad hec brachia et scorpium habet forata
 et quod in huius nascuntur scorpium informe animal. que autem no-
 lantia sunt ad alias particulas et pennas habent. In uentibus
 igitur bipennia sunt ut musce: quedam quadrupennia ut
 apes: nullum autem spiraculo in postremis armatum bipenne est.
 preterea uolatilium quedam tegmen pennis superuenit sicut
 scarabeis: quibusdam non ueluti apicule. Insectorum uolatilium
 omnium absque caudula sit et penna: collum non habet neque
 sustinam. ad hec preoculos non nullis cornicula sunt sicut
 papilionibus atque carabronum. que uero saltatoria ex insectis sunt
 horum quedam posteriores pedes habent maiores: quedam sal-
 tatorios ad posteriora sicut quadrupedum flexos. In omnibus
 supina differunt a dorsalibus sicut in ceteris animalibus.
 corporis autem caenacula nec testacea est: nec ostrearum carun-
 cule simili: sed media inter hec. Idcirco nec spinam habent
 nec os nec quasi sepium: nec circa se testant: ipsa. n. corpus
 duritie sua saluat nec eget alio tegmine. Pellem habent
 omnino tenuem. his exteriores quidem partes huiusmodi sunt.

Intus vero statim post os rectum & simplex usq. ad exitum in plurimis intestinum est: quod in partibus habet involucentem: nihil autem ex visceribus hec habent: nec pinguedo eis inest: sicut nec ceteris sanguine carentibus. nonnulla tamen ventrem et habent & ab hac reliquum intestinum simplex involutum sicut locuste. Sola autem cicada ex istis & ex ceteris animalibus os non habet sed veluti que spiraculo in anterioribus armata sunt. Inguisforme quiddam habet longum coniunctum & non fissum: per quod rore solo nutritur. in ventre nulla ei superfluitas est. sunt autem plures earum species: que parvitate ac magnitudine inter se differunt. Et quoniam que aschete vocantur sub diuina mate insecte sunt: & membranulam habent inuisibilem: quam acadule non habent. Sunt preterea nonnulla in mari animalia: que quoniam rarissima sunt nullum ex his genus constitutum: afferunt. n. quidam piscatores periti vidisse in mari nigra quedam trabeculis similia teretia & equaliter crossa: alia sicuti similia colore rubra crebraq. pernicibus alia et genitalibus viri similia & formam & magnitudinem nisi quod pro testibus pinnulas habeant duas: hec sua extremitate quandoque hami chordam cepisse. Ac partes quidem omnium animalium exteriores simul & interiores singulorum generum & communiter & specialiter hoc modo se habent.

De Sensibus animalium

Capitulum. VI.

Nunc de sensibus dicendum: non. n. similiter omnibus sed quibusdam omnes: quibusdam pauciores. hi plurimi & preter quos nullus videtur alius separatus: quinque numero sunt: Visus: Auditus: Olfectus: Gustus: Tactus. hoc igitur & omnia que animal parviunt & pedestria & ad hec que sanguinem habent & animal parviunt: cuncta omnes hos habere cernuntur: nisi orbaturum aliquid sit atque mancum: sicut talpa que visum non habet: nam oculos inuisibile non habet: sed pelle que crossa est a capite detracta in loco ubi oculi extra esse solent: intus sunt oculi ex toto corrupti. hi eas particulas habent que in ueris esse cognoscuntur: nam & nigredinem habent: & quod in medio nigredinis

est que vocatur pupilla: & album circa. sed omnia hec
 minora q̄ si interioribus manifestisq; oculis essent. horum
 nihil exterius notari potest pp̄ consistem̄ pellis quasi natum
 loci a natiuitate repleta protenduntur aut a cerebro qua
 medulle coniungitur pori duo neruei ac duei ad ipsas
 oculorum sedes qui ad superiores exertos dentes terminantur.
 Cetera igitur & colores & soni sensum habent uniuersa: & in
 nonnullis organa quoq; sensuum manifeste cernuntur & ma
 xime oculi. Determinantur. n. oculorum & auditus locum
 habent: sed quedam habent aures: quedam poros manifestos.
 & de olfatu simile quiddam est: alius. n. nares sunt: alius olfa
 ciendi pori sicut aures. Organum q̄ sensus linguam qua
 sapores percipiuntur similiter habent. sed ex aquatilibus qui
 uocantur pisces habent quidem saporis organum sed tenuit:
 ossa. n. ipse lingua neq; soluta est. quibusdam uero piscibus
 palatum carneum est ut fluuiatibus turpif. Quare qui non
 diligenter hoc considerant hunc putant esse linguam. Quam
 gustum sentiant manifestum est: accommodatis. n. sibi saporibus
 gaudent: ex amma namq; & ex pinguibus esca piscibus sumi
 tue: quia huiusmodi cibo magis delectantur. Auditus aut
 atq; olfatus nullum organum habent manifestum. nam que
 quibusdam cum ad loca narium sint foris eo uideret: corp
 nihil ad cerebrum peruenit: sed alia statim deficiunt: quedam
 usq; ad branchias feruntur: audire tamen eos & olfare ma
 nifestum est: magnos. n. sonos audientes fugiunt sicut
 tritremium tractum: unde facilius in cauernis capiuntur.
 quauis pæuus est sonus his que auditum inhumido hnt
 molestus magnus grauisq; omnibus uideatur: quod in
 delphinorum uenatione percipiatur: quos si subito circumda
 uerint sustibus sonitum in mari excitantes faciunt: ut ti
 more perterriti ac fugientes in terram exiliant. capiuntq;
 grauiore quasi capite a sono: quauis nec delphinum manife
 stum auditus organum ullum habeant. Preterea in nonnullis
 rum uenatione piscium q̄ maxime cauent piscatores. ne
 aut reme aut retibus sonum faciant. quare cū suspicati fue

rint multos alicubi esse certo remoti spatio quod sufficit cōstitat
 retia sic demittunt: ut nec remi nec motus cymbæ sonus ad lo-
 cum illum perueniat: ministri quoque omnibus precipiunt: ut
 q̄ maximo silentio navigent quousq; circumdederint. postea si
 uoluerint ad unum iam pisces contueri: non aliter faciunt
 q̄ in delphinarum uenatione. fragorem. n. lapidibus excitant
 ut perterriti pisces concurrant ad idem ac retibus conducantur.
 sic anteq; circumdederint sonitum ut diximus fieri uolent: cū
 uero circumdederint: clamare iam & strepere iubent: strepitus
 .n. atq; tumultum audientes precimores facilius incidunt. ad hec
 si quando missos multos rari tranquillo supernatare sciant pa-
 ssiq; prospexerint uoluerintq; magnitudines & genus eorum co-
 gnoscere: si alq; ullo sono propius accesserint supernatantes
 uibratq; sentientes uident. sin uero quidquam forte concroque-
 rit: statim inde fuga se rapiunt. accedit q̄ pisciculi quidam
 sarcatiles in flumine sunt qui a nonnullis cottim uocantur.
 hi cum lapides subingrediantur. uix aliter capiuntur q̄ sonitu
 percussis lapidibus excitato. excedunt. n. sparsi ex quasi au-
 diunt grauiore a capite a sono facti uidentur. patet igitur
 ex istis pisces audire. quidam uero eorū qui uitam in ma-
 ri maxime peregerunt huiusmodiq; multi perreperunt: a-
 cutissimi omnium animalium auditus pisces esse asserunt
 sed omnium piscium acutissimi auditus sunt mugil: lupus:
 Salpa: cromis. Et si qui alii huiusmodi sunt ceteri minus istis.
 Idcirco ad superficiem maris magis uolantur. De olfatu quoque
 manifestum similiter est. plerimi. n. nisi recentem escam ibi
 tangunt: alii tangunt quidem: sed minus q̄ si esset recens.
 Preterea non eadem esca sed accommodata singuli capiuntur
 olfatu cognoscentes: nonnulli. n. fetidis capiuntur sicut salpa
 fimo. Preterea multi ex piscibus in canernis uolantur: quos
 ubi uoluerint euocare piscatores aditum canerne salsa-
 mentis inungunt: ad quorum odorem cito egrediuntur: hoc
 modo anguillas uenantur: ponunt. n. salisamentariam olla
 in cuius ore id emittunt quod echium uocant: & omnino
 ad nidorem cuius cuncti feruntur. Sepiarum et carnes uadas

ut oleant hamis imponunt: accedunt. n. pisces libentius: polypos
 quoque: ustos nullius altius rei causa quod nidoris in nassis ante
 imponi ad hec spargi: pisces cum lotum piscium aut ex sentina
 effusa fuerit aqua quasi olfactu odorem acuto sentientes fugiunt.
 Sanguinis est sui odorem acutissime olfacere pisces dicuntur
 quod ostendunt ad remotiora valde fugientes: si huiusmodi
 sanguis effusus fuerit: & omnino si quis fetidam in nassa esca
 imponerit non ingrediuntur neque accedunt si non recentem
 nidorem quod reddentem de longe illico accurrunt atque ingredi
 untur. Sed hec maxime ab illis que de delphinis dicta sunt
 patent: qui cum nullum organum auditus manifestum ha
 beant: capiuntur tamen sono perterriti ut dictum est. Itaque
 quoniam nullum organum olfactus manifestum esse: acute
 tamen olfaciunt. patet ergo uniuersis his animalibus sensus
 inesse. Reliqua uero animalia in quatuor genera diuiduntur:
 quibus ceterorum omnium animalium multitudo continet:
 mollia crustata filice contexta & infecta: quorum cetera preter
 testacea omnes habent sensus: nam & uisus & olfactus & gu
 stus eis est: quippe tam infecta tam pennata quam non pennata
 procul sentiunt sicut apes & crationes mel: longe namque id sen
 tiunt quasi odorem cognoscantia. fulfuris quoque odore multa
 istorum pereunt. formice preterea origani atque fulfuris pul
 uere sparsa cauernas suas derelinquunt: ceruini quoque cor
 nu uaporem exalationemque perplurima horum fugiunt. sed
 maxime si quis styracem urendo exalet. sepe uero locuste
 atque polypos esca decipiuntur: & polypos quidem sic accurrunt
 ut abstrahi non possint: sed detruncati inhereant. si quis autem
 cornymon obtulerit confestim commoti odore soluantur:
 gustum quoque similiter habent: alium. n. atque alium ab utro
 sequuntur: nec eisdem cuncta saporibus gaudent sicut api
 cula non in re sed in dulci residet: culices nec ad dulcia sed
 ad acida solent aduolare. tangendi autem sensus omnibus ut
 dictum est animalibus inest. Testa uero infecta olfactum & gu
 stum habent: quod patet per escas sicut in purpura. hec. n. fe
 tidis capitur acceditque ad huiusmodi escam de longe quasi sensitio
 nec esse clam potest. gustandi quoque sensum huiusmodi animalibus

esse: ad quorum. n. odorem discernentia ueniunt: horum saporibus
singula detectantur. Preterea quibus os est omnia cum saporibus testi
gerint uoluptate aut dolore afficiuntur. sed tamen tibi siquid
concrepuit subingredi ac in terris fugere cum ferrum accedere sen
serint: eminet. n. parum ex ipsis: reliquum uelut in camera est. pec
tunculi etiam siquis digitum eis obtulerit: os illico aperit: demum
claudunt quasi uidentes. Heritas quoque qui ueniuntur non
unde uentus flat sed contra uentum accedentes taciturnique pre
escam illos ueniuntur: quasi obscurant atque audiunt: nam si lo
quantur fugere illos aiunt. minime aut ex testibus obscurum
habere uidentur. Echiniis quidem de gradientibus de fixis uo
titha & glandes. sed sensus animalium hoc modo se in omnibus
habent. uox autem ipsorum sic se habet. De uoce animalium.

Vox aliud est quam sonus: his tertia locutio accedit: nullum uox
alia quam gutture particula uocat: quae pulmonem non
habent non uocant. Locutio autem est uocis ac linguae articula
tio. Vocales igitur uoce ac gutture profertur. mute uero
lingua ac labiis. ex uocalibus autem atque mutis locutio constat.
Iam uero que lingua carent aut eam solutam non habent
nec uocant nec loquuntur: sed sonant non interiore sed ex
teriori spiritu: nullum. n. eorum respicit: sed alia susurrat
ut apicula ceteraque huiusmodi uolatilia. alia canere diuina
sicut cicadae. hec autem omnia ea membranula sonant que si
diatomate est quocumque in aera est ut cicadae genus spiritus
attractus: muscae autem atque apes cetera que omnia uolatu extol
luntur & contrahuntur. Somus. n. hic spiritus interioris attractus
est. sed locuste gubernaculorum attractu sonum faciunt: mollus
uero nullum sic nec uocat: nec naturalem aliquem facit sonum.
sed nec crustatorum quicquam. Verum pisces sine uoce quidem
sunt: cum nec pulmonem nec arteriam nec gutture habeant:
sonos tamen quosdam & stridores emittunt: quos uoces appellat
sicut lyra & caomis. Ipsi. n. quasi stridorem emittunt. Apes
et fluminalis in acheloo: Preterea & enrius & cuculus: alter
. n. quasi stridore sonat: alter similem penes sonum edat: cuculo
unde nomen quoque sonatus est: hec omnia sonum qui uox
putatur emittunt quaedam branchiarum attractu. spiriosa. n.

hec loca quedam interioribus que circa uentrem sunt: spiritum
 .n. singula hec habent: quam attritu momenta sonos excitant. se
 lachorum quoq: nonnulla stridere uidentur: sed uocare ista
 non recte dicuntur: sonare aut recte. pectunculi et cum submi
 xi humido feruntur quam rem uolare dicunt strident. hyrun
 dines quoq: marine similiter: uolant. n. he eleuate ferunturq:
 mare non tangentel: latas. n. atq: longas pinnulas habent. /
 quemadmodum igitur sonus qui uolatu auium confurgit uox
 non est: sic nec sonus istorum ullus. Delphinus et stridorem
 emittit & rugit cum egressus in aera fuerit non eode mo
 quo superiora: nam hinc uox est: cum pulmonem arteriaq:
 habeat: Cerum lingua & non soluta nec labra ut articulatione
 quamquam uocis facere possit. Eorum uero que lingua hnt
 atq: pulmonem que quatuor pedum sunt ouaq: pariunt
 emittunt quidem uocem sed peregrinam: quedam sibilum
 paruum ut testudines: quedam uero ut rane propriam qua
 dam habent linguam in anterioribus. n. modo piscium af
 fixa est: que in aliis soluitur: interius uero ad gutture solu
 ta est & pharynx unde propriam uocem emittunt: coarctati
 uero qui fit in aquis rane masculi faciunt: cum feminas ad
 coitum conuocant: singulis. n. animalium proprie ad eam re
 uoces sunt: ut hircus: fuis: ouibus. faciunt aut coarctatum
 huiusmodi cum inferioris maxille labra superficiali aquae
 exequant superiorem circumtenderint. uidentur aut ma
 xillis pp extensionem fulgentibus quasi lucerne oculi pec
 lucere: cum ut plurimum noctu coitus peragatur. Anium aut
 genus uocem emittit: loquenturq: maxime quibusq: lingua
 tior est & quibusq: tenuior. Quedam ergo tam mares quo
 femine uocem eandem emittunt: quedam differentem loqua
 cioraq: sunt minora qua magna sepiusq: uocant: maxime
 uo circa coitum queq: auis huiusmodi fit. alia igitur uocan
 tia pugnant sicut coturnix: alia priusq: pugnent uoce pro
 uocant: aut cum iam uicerint clamant sicut galli. In quibusda
 mares feminis similiter canunt ut luscinia tam mas q: femina.
 femina tamen cessat qn incubat & pullos habet. In quibusdam
 mares magis sicut galli & coturnices: femine uero non cannt.

quatuor uero pedum animalq; parientia aliam aliud uocem
emittunt, nullum autē loquuntur. sed est istud hominis proprium
nam que loquuntur et uocant: que uero uocem habent
non omnia locutionem habent: cumq; imperfectiores sint tar
dus absoluntur: quare blefi sunt & in multis balbutient:
ceterum tam uoces q; locutio secundum loca differre solent
nam uox acutis ac grauitate maxime cognoscitur sed
specie nequaq; eorundem generum differt. articulata uo
uox quam in aliis animalibus quasi locutionem quispam
appellaret diuersitate locorum uel in eodem animalium ge
nere differt sicut in gñe perdicum: alie namq; piparant
alie strident. Auicularum quoq; nonnulli non eandē cum
parentibus canendo uocem emittunt: si parue diuertentur
ac alias aues canentes audiunt. Uisa. n. iam est luscina pul
lum instituens non est. n. articulatio idem cum uoce sed potest
fingi ac reformari. Unde homines eandem uocem emittunt
locutionem uero non eandem. Elephanti autē absq; naribus
ore ipso uentosam uocem emittit uelut quando expirati suspi
rati: addens homo: cum naribus uero quasi tuba sonans. aspe
rimus. De somno atq; uigilia animalium Cap. viii.

De somno autē uigiliaq; animalium sic se res habet: nam
que ambulatiua sunt & sanguinem habent ea omnia &
dormire & uigilare sensu ipso manifestum est. & uniuersa. n.
que palpebras habent eas claudencia dormiunt: somnare q;
non homines solum uidentur: uerum et equi: boues: canes:
capre: oues: uniuersumq; genus quadrupedum animalq; pa
rientium: quod canes ostendunt latratu. sed de oua parien
tibus incertum est: dormire tamen ipsa patet. Aquatilia
quoq; similiter ut pisces, crustata: mollia: gamari: & que hu
iusmodi sunt: que omnia quāq; breuiores sint somni: dor
mire tamen uidentur: cuius rei signum nullam ab oculis
inuenire possumus: non. n. habent palpebras sed a quiete.
capiuntur. n. pisces nisi pediculi & pulices peraguntur: adeo
. n. quiescent: ut manu eos capere facile sit: nunc uero si mo
ram traxerint inuadunt illi noctu ingenti multitudine ac de
uocant: quinguntur autē in profundo maris tanta multitudine

ut estam ex quocunq; sit pisce si diutius in terra fuerit totam
 comedant: ita sopenulmoro quasi glabrum ex connectione ipso
 in hamo factam piscatores exturbant. hinc igitur uestigiū habe
 ri potest q̄ dormiant: cum multoties clam ita inuadere q̄ eos
 possit: ut uel manu capiat uel percutiat: & hoc tempore nullo
 quiescant: nihilq; penitus preter caudam exm̄q; leuiter mo
 uent: patet et̄ a motu q̄ dormiant: siquis sonitu repente ipse
 excitauit: feruntur. n. quasi ex somno se receperint. Preterea
 quia dormiunt: ideo noctu luminibus capiuntur. Sepe aut̄
 echinoꝝ exploratores dormientes illos circumdant. quod pa
 tet quia quiescentes parteq; albas subostendentes capiuntur
 noctu. n. dormiunt magis q̄ interdiu sic ut non moueantur
 percussu. plurimū. n. aut terra aut arena aut lapide quodā
 apprehenso dormiunt in profundo uel sub silice uel sub are
 na occultati: plami uero in arena qui arone figura cogniti
 tridentibusq; percussu capiuntur. Preterea mulus aureus &
 magul: ceteriq; huiusmodi tridentia quoniam dormiunt inter
 diu capiuntur: nisi. n. dormirent: nunq; tridentia hi cape
 rentur. selachia et̄ nonnunq; sic dormiunt ut manu ca
 piantur. Delphinus et̄ balena ex quecunq; fistulata habet
 elata super mare fistula qua dormiunt spirant penulas
 parum mouentes: sed delphinum uel stertentem quidam
 audierunt. Eodem modo mollia quoq; dormiunt quo q̄
 pisces: crustata et̄ similiter: insecta quoq; occupati somno
 his signis patet. quiescant. n. manifeste nec se penitus mo
 uent: quod maxime in apibus cernitur: que quiescant
 noctu: cessantq; susurrantes: quod et̄ ab his que pre oculis se
 liquido patet: non solum. n. quia habes sibi uisus est noctu qui
 estant. debiliter namq; omnia uident que diuortum sunt oca
 loꝝ. Verum et̄ non minus in lucernaꝝ lumine quiescere
 cernuntur. Somniat uero maxime animalium homo quibus
 tenerioribus & om̄o infantibus somniare non accidat: inci
 piunt. n. plurimi circiter quatuor uel quinq; annos. fuerunt
 tamen uiri et̄ mulieres qui nullum unquam insomnum uide
 runt: quorum nonnullis in etate prouecta uidisse accidit. &
 postea in corpore mutationem factam fuisse quibusdam ad

mortem: quibusdam ad egrotationem. Sed de sensu: somno & vigi-
 lia hoc se modo res habet. *Quae animalium sexum hinc.*
Mares autem & feminae sexus alius infunt: alius non: sed quadam
 similitudine parere atque concipere dicuntur. nullus igitur
 est sexus in fixis nec omnino duriore testa conclusis. In mollibus vero
 & crustatis aliud masculinum: aliud femina est & in ambulatibus bipedibus
 simul atque quadrupedibus: ceterisque que per coniunctionem aut ani-
 mal aut ovum aut uermem parvunt. In ceteris igitur generibus
 aut est simpliciter aut non est sicut in quadrupedibus auctis: aliud
 masculinum: aliud femina est: & intestatus minime: sed quemadmodum in
 plantis quaedam fecunde: quaedam infecunde sunt: sic & in istis. In
 insectis uero ac pisibus sunt quaedam que hanc differentiam nul-
 lo modo ad alterum habent ut anguilla nec masculina nec femina est:
 nec gignit ex se quicquam. Iuare qui dicunt lumbriciformia & mil-
 liformia quaedam in eis nonnunquam inueniri: cum procreantur
 non sicut illi habeant inconsiderate loquuntur: nullum enim speciem
 sine ovi partu animal gignit. ovum autem habere uisa nun-
 quam anguilla est. que uero animal parvunt: in utero habent fe-
 tus & affixos non in ventre. di generantur enim quemadmodum cibus:
 quam autem afferunt differentiam masculis anguille ac femine: &
 altera masculinum caput & longiusculum habent altera mi-
 nus ac breuius non masculis aut femine: sed generis differentiam
 dicunt. Inueniuntur etiam quidam pisces quos uocant epithanchos
 cuiusmodi sunt ex fluminalibus cyprinus & balazeus: qui nec
 ovum nec sementum unquam habent: quorum qui solutiores pri-
 uioresque sunt paruum habent intestinum: & uidentur optimi-
 tales esse. Sunt autem quaedam sicut intestatus & plantis in quibus
 quod parit est: quod uero ascendit non est. Sic & in pisibus
 psetarum rubecoloris ositarumque genus. Omnia enim hec habere ova
 inueniuntur. In ambulatibus igitur sanguinemque habentibus que
 ova non parvunt ut plurimum maiores corpore longiorisque: ui-
 teque femine masculis sunt: preterquam in mulis: quibus concubum
 accidit: longioris enim uite maiorisque corpore que muli mule sunt.
 At uero in ova uermesque parientibus sicut in pisibus & insectis
 masculis femine masculis sunt: ut serpentes: balangra: tarentule
 atque rane: & in pisibus similiter sicut parua selachia & gregabina

plurimi & laxatales omnes. q̄ aut̄ pisces femine longioris vite
 quā mares sint: inde manifestum est: q̄ antiquiores femine q̄
 masculi capiuntur. ad hec in auctis animalibus anteriora su-
 perioraq; meliora fortiora mioraq; marium sunt q̄ femi-
 narum. Posteriora vero atq; inferiora similiter in homine ceterisq;
 animalibus ambulativis parientibusq; animal omnibus
 minus nervata minusq; robusta feminarum sunt. tenuiores
 quoq; pilos femine habent: si pili sunt animali: si aut̄ non sunt
 secundum secundum proportionem. humidiores quoq; carnes
 feminis q̄ maribus sunt: gemma exiliora & sunt tenuiores: pe-
 des quoq; similiter in quibuscunq; animalibus he partes sunt.
 Vox et feminis inhabitibus nocem tenior atq; acutior e-
 preter q̄ hominis masculi: que aut̄ partes ad pugnam natura
 date sunt, sicut dentes & dentes exerti cornua, spicula & que
 huiusmodi cetera sunt in quibusdam generibus omnino ma-
 res habent & femine non habent sicut cerua cornua non ht
 & in nonnullis aibus quibus calcarea sunt: femine nullo
 modo habent. exertos quoq; dentes in nonnullis femine utriq;
 quidem sunt: sed magis maribus melioraq; sicut taurorum
 cornibus plus roboris in est q̄: burulap.

Quantus liber de animalium historia incipit. *Quia*
 fortuito alia cetera animalium nascuntur. *Capitulum* . i.

QUE igitur animalia quas partes habeant tam de interiori-
 bus q̄ de exterioribus. De sensu q̄ uoce & somnoq; que
 femina que masculus sit: de omnibus iam dictum est.
 Restat nunc ut de generationibus ipsorum & primo de primis
 dicamus. multe namq; sunt magnamq; uarietatem habentes: &
 in quibusdam dissimiles inter se sunt. Verum quoniam diuisa
 iam prius genera sunt: eodem modo et nunc speculari con-
 tue: nisi quia tunc a partibus hominis initium consideratio-
 nis fecimus. modo quoniam hec res maximam habet conside-
 rationem: postremo de homine dicendum uidetur. Primariū
 de testaceis: deinde de crustaceis: & deinceps hoc modo trahan-
 dum. Sunt aut̄ mollia & insecta: & post hec piscium genus tā
 animal q̄ oua parientium: deinde auium & postremo pedestriū
 que oua & que animal parient. Animal. n. multa quadrupedi

homo solus bipedum parit. hec igitur sunt que nobis exponenda videntur. Comune autem quiddam tam animalibus quam plantis accidit. nam quemadmodum alie plantarum a semine alie fortuito continguntur: & alie nutrimentum a terra sumunt: alie in aliis plantis inseruntur: sicut in libris de plantis expositum est: sic et animalium quedam ab animalibus per cognationem quedam forme nascuntur: quedam fortuito & non a cognatis: & horum alia ex terra putrefacta plantisque putridis sicuti multa insectorum: alia in animalibus ipsis ex superfluitatibus que in ventre sunt. que autem similibus generantur animalibus in quibus femina & mas est. hec ex coniunctione contingunt. Sed in genere piscium non nulla nec feminina nec masculina inveniuntur. que cum aliis piscibus genere quidem eadem specie vero diuersa sunt. quamuis nonnulla omnia singularia sunt. Alia feminina quidem sunt: masculina vero minime: ex quibus quemadmodum ex anibus que uocantur uentosa & uirita sic nascuntur. Sed in anibus omnia manifesta sunt: naturam. n. eorum usque ad productionem ouum se hunc modo procreantur: nisi modus quispian coniunctionis maxime eis contingat. Iue res in sequentibus manifestos fiet: nonnullis autem piscium accidit: ut cum oua conceperint: animalia ex ipsis postea edant. sed nonnullis id per se ipsos: quibusdam non absque matribus: que autem modo in sequentibus et erit manifestum. nam similitur fere in anibus et accidit. Iue uero in animalibus fortuito continguntur aut in terra aut in plantis aut in partibus horum. In habentibus marem & feminam non minus accidit ut ex his coniunctis quiddam contingat sed imperfectum. ex hoc autem nihil ut ex coniunctis pediculis que lentes uocantur: & ex multis uermes ouiformes. ex quibus nec que genuerunt: nec aliud quiddam animal nascitur. De modo coitus animalium. Cap. 11.

Primum quidem de coniunctione dicendum: & que contingunt. Deinde ordine de aliis: de singulis et communibus accidentibus. Coeunt ergo animalia in quibus mas & femina est: sed coniunctiones neque similes in omnibus sunt: nec similitur se habent. animal. n. parientium pedestriumque sanguinem habentium organum matris uniuersis ad generandum est: sed non eodem modo ualida iunguntur: sed que posterius urina prouiciunt

clunatim coeunt: sicut leones & dafipodes & lincei. In dafipo
 debno aut semen sepe femina prior in masculum ascendit. In
 aliis vero plurimis unus modus est. conuenienter. n. & pluri
 ma quadrupedum coniunguntur: cum infeminas masculi a
 scendant: & uniuersum autem genus hoc modo tantum. qua
 uis & in ipse differentie quoda sunt: in quibusdam. n. femina in
 terra confidente mas superfundit sicut otali & galli. In quibusda
 non sicut pruel in quibus mas superfiliens coit & coniungitur
 uelocissime sicut & passeret. Ex quadrupedibus uero uise de
 icete quidem: sed eodem ut cetera in pedibus stantia modo ita
 conueniunt ut supina marium ad feminaz dorsa
 sint. Ermaci aut recti supina corporis ad supina habentes.
 Ex parientibus uero animal magnitudinemq: habentibus nec
 cerue mares sufforunt nisi raro. nec tauros bucale pp men
 tula ducunt: sed femine accipiunt sperma subeuntet: usui
 est. n. in ceruis ita fieri. Lupi eodem modo quo canes con
 giuntur. feles uo non sic: sed mas quidem rectus femina aut
 summittit se ipam. Sunt aut femine natura ueneret, & all
 riuunt ad coitum conuenienter clamant. Cameli aut ita conue
 niunt ut in subsidentem mas femina ascendat: coeatq: non
 clunatim: sed quemadmodum ceteri quadrupedes: totam autem
 diem in agendo patiendq: coitum peragunt: abeuntq: in de
 ferta loca tempore coitus nec accedere quisqna potest preter
 pastorem. Camelis mentula sic nerua est: ut arribus corda
 ex ea fiat. Elephantet similiter in solitudine inuigilant ac pre
 capue iuxta flumina nec moram in coitu trahunt: & femina
 quidem patitur subsidens transiensq: mas uo ascendens con
 iungitur. Uiculus maxime quemadmodum animalia que
 retro urinam proiciunt coit longoq: tempore ut canes in coi
 tu conestuntur: Uiculo aut huius mentula est. Eodem mo
 ex pedestribus que quatuor pedum sunt: omnesq: pariunt con
 iunguntur. Iule. n. sicut animal parientia ascendunt ut testu
 do tam maxima q: ped terrestis. habent. n. quidda ad quod
 mentus copulantur: & quo in coitu inuigilant: ut turtur, ra
 ne omnesq: genus huiusmodi. Iue aut animalia pedibus caet

& longa sunt ut serpentes & murene complexa supinis supina
 iungunt: sic & serpentes alter alteram complectitur: ut unius hi
 caput serpentis totum corpus esse videatur: & lacertarum gemma
 eodem modo: simili. n. ut serpentes complexu coeunt. Pisces
 autem uniuersi preter plana selachia supinis ad supina coaptantur
 iunguntur. plana uero caudataq: sicut rai: turtur cetenaq:
 huius non solummodo coaptata sed ascendente feminarum dorsum
 supina sui coniungunt quibuscumq: caudata cum nullam
 habeat grossitiam impedimento non est. Squatine cetenaq: huius
 quibus maior cauda est supinorum ad supina fricatione con
 ueniunt. Sunt preterea nonnulli qui se uidisse asserunt que
 dam ex selachio clunatum ut canes coniecta. est autem in
 cunctis selachiformibus mare femina maior. quod ferme ce
 teris quoq: piscibus accidit. selachia uero sunt que diximus. et
 preterea bos lamia torpedo aquila rana & squaliformes. Cuncta
 igitur selachia uisa sunt a multis sicut diximus conuenire:
 longiori. n. tempore omnium animalum quae oua parientium comple
 xus fieri solet. Delphini et cunctaq: cetiformia eodem modo co
 aptati. n. coeunt tempore nec breui nec ualde longo. differunt
 autem in quibusdam selachiformium mares a feminis. Idem
 quasdam particulas in extra superfluitatis egressum dependentes
 illi habeant: he non habeant: sicut in squaliformibus in quibus
 omnibus hoc ita se habet. Verum neq: pisces nec aliud quod
 pedibus careat testiculos habet: sed tam pisces quam masculis
 sexenibus pori sunt duo qui semine implentur coniunctionis
 tempore: proiciuntq: humiditatem lacteam omnes. Pori autem
 isti sicut & in auiibus in unum copulantur. Atque namq: ueluti
 & cetem uniuersa: que cum pedes habent oua pariunt: testi
 culos intus habent. Id autem extenditur & peruenit ad locum
 femine ac receptaculum. Animal uero parientibus atq: pede
 stribus idem superfluitas humide & spermatis extra meatus
 est. intra uero alius: ut est in superioribus explanatum est
 cum de differentia partium diceremus. hic meatus in non ha
 bentibus uesicam: sicceq: superfluitas idem extra est: sed intus
 inter se proximi sunt. hec similiter se habent in maribus atq:

femino: non. n. habent uesicam preter testidines in quibus femi-
 na quamuis uesicam habeat: unum tamen habet medium. Sunt
 aut testidines ex illis que oua pariunt. Piscium uero qui oua
 pariunt coniunctio minus aperta est: unde plerumque reperi se-
 minas putant sementum masculorum resorbentes: quod multo
 tiens fieri aspiciatur: nam coniunctionis tempore femine masca-
 los sequentes id agunt & ore uentrem feriunt: illi uero citius
 atq; magis proiciunt. In partu autem mares feminas sequuntur
 & parientium oua sorbent. Ex reliquis uero pisces gignuntur
 iuxta feminem uero alteros per alteros ueniunt: feminas. n.
 subiacentes masculos mugiles: maribus uero similiter subiectas fe-
 minas congregatas agrediuntur & capiunt. Id igitur sepius in
 sum huiusmodi opinionem de coniunctione ipse confirmat. fa-
 ciunt tamen tale quid quatuor et animalia pedum. nam
 tempore coitus tam et maribus q; e feminis humiditas profuit.
 & alter alterius genitales obstruunt partes. per uices autem si quo ue-
sas de ipis considerabimus: multos enim ad hec principia na-
tura rednatur: & multi ambigunt que animaliam aut
partium calida que frigida sit: nonnulli enim aquatilia pede-
stribus calidiora esse contendunt, dicentes quod caliditas na-
ture ipsorum frigiditate loci adequat: & sanguine carentia
sanguinem habentibus: & feminas manibus sicut Parmeni-
des calidiores mulieres viuis aut esse. Et alij quedam quod
propter caliditatem multi sanguinis sunt & ideo menstrua pati-
untur. Empedocles vero contra: Preterea sanguinem &
bilem alij utrumvis ipsorum calidum aiunt: alij frigidum
quod si calidum atq; frigidum tantam haberent ambigui-
tatem quid de reliquis existimare oportet, cum hec de
sensibilibus manifestissima nobis sint: Sed hec videntur
accidere quia calidum multis modis dicitur: unusquisque
enim quantum contraria dicit: non nihil tamen afferre videtur.
Quare non oportet nos ignorare: quomodo eorum que natura
consistunt, quedam frigida, quedam calida dicenda sunt,
& alia sicca: alia humida: patet enim quia hec fere mor-
tis et vite causa sunt. Preterea somni & vigiliis viri-
dioris etatis & senectus: morbi quoque ac sanitatis: non
autem asperitates & lenitates: neque gravia & levia: nec ali-
iud huiusmodi aut breviter dicam, quod rationabiliter
accidit: nam sicut iam dictum prius in alijs est natu-
ralium elementorum principia hec sunt: calidum: frigidum:
siccum: humidum. Et utrum igitur simpliciter an multi-
pliciter calidum dicitur: oportet certe accipere quod opus

sit indicaret: sic .n. hoc calidius. Alio aut modo aliud: no
 nulla est istorum non licet simpliciter dicere: quia calidum
 aut non calidum: quodcumq. n. ens subiectum est non
 calidum: combinatum vero calidum ueluti siquis ferro
 aut aque calido nomen ponat. hoc .n. modo sanguis ca
 lidus est. hinc aperte patet: quod frigidum ^{est} natura
 quedam sed priuatio est in quibuscumq. quod subiectum
 per passionem calidum e. forsan aut ignis quoq. natu
 ra talis quedam est: forsam .n. subiectum est aut fumus
 aut pruina: quorum alter semper calidus e: euaporatio
 .n. fumus est: carbonis aut extinctus frigidus e: oleum
 uero & teda frigesunt profecto. ferre aut omnia que igni
 ta fuerunt caliditatem habent: sicut carbis: cinis: animalia
 huius quoq. feces & ex superfluitatibus bilis: ignita .n.
 fuerunt & calidi aliquid in ipsis relictum est: alio etia
 modo teda & que pinguis sunt calida dicuntur: quia
 cito in actum ignis permutantur. Videtur aut etiam
 calidum aliquofacere & contrahere: nam que aqua
 solummodo sunt hec a frigido gelantur: que terrea hec ab
 igne. calidiorum quoq. que a frigore gelantur cito quidem
 terrea magis & insolubilitate: solubilitate uero que aqua se
 sed de isto clarius determinatum in alijs est: & que gla
 bilia sunt ex quibus de causis gelantur: & quid calidius sit
 calidius sit: quoniam igitur multipliciter dicitur non
 eodem omnibus modo inquit. Inueniendum e
 quia hoc quidem per se: alterum uero sepe per accidens:
 & hoc potentia: illud actu: & hoc modo illud: quia tactu
 magis calefiat. hoc uero quia flamma facit & ignit:
 cum aut multipliciter calidum dicitur. eandem profecto
 rationem frigidum q. sequetur: ac de calido quidem &
 frigido & excessu eorum hoc modo determinatum sit. Con
 sequens uero est de sicco similiter ac humido percurrere:
 multipliciter .n. et hec dicuntur: & quedam potentia: quedam
 actu: glacies .n. & omne humidum contractum: & si per
 se humida sint: sicut tamen actu & per accidens dicuntur

faciliorem operationem calido reddit. Superioris uero atq[ue]
 at inferioris uentris uirtus naturali caliditate digerit.
 sed quemadmodum os indigesti cibi meatus est & continu-
 ata ipsi particula quam hyophagum uocant. & in haben-
 tibus hoc membrum animalibus usq[ue] ad uentrem: sic a-
 lia quoq[ue] plura oportet principia esse quibus totum cor-
 pus alimentum non aliter q[uam] ex presepe a natura uen-
 tris & intestinorum accipiat: nam plantae cum macera-
 tum ex terra radicalibus alimentum accipiant superflui-
 tatem non habent & terra & caliditate que in ipsa est
 quasi uentre utuntur: animalia uero cuncta ferme
 sed progressiuam manifeste quasi terram in se ipsis capacita-
 tem uentris habent: ex qua oportet ut sicut ille radicalis
 sic ista aliquo alimentum accipiant, donec sequentis dige-
 stionis finem assequantur: oris. n. officium macerationem
 uentri cibum tradit & ab eo aliud accipere necesse est q[uod]
 et accidit: uene. n. totum medium intestinum in se
 incipientes usq[ue] ad uentrem protenduntur: sed hec ab a-
 natomia naturaliq[ue] historia perspicere licet. Veru[m] q[uonia]m
 omne alimenti & superfluitatum susceptum quiddam
 est: ueneq[ue] quasi uasculum sanguinis sunt patet quia
 sanguis ultimum animalibus que sanguinem habent ali-
 mentum est: his uero que no[n] habent proportionale aliq[ui]d.
 propterea siue proportionale hoc deficit animalibus si alimen-
 ta deficient: multiplicatur aut[em] si non deficient: sanus q[ui]e
 si alimentum bonum est: malus uero si malum: his ergo
 & talibus patet alimenti gratia in habentibus sanguinem
 esse: propterea dum tangere sensum non facit ueluti nec
 ulla de superfluitatibus alia: nec alimentum sicut caro:
 nam caro tacta sensum facit: sanguis. n. & continuatus no[n]
 est: sed neq[ue] congenitus: sed in uasculis quasi depositus est t[ame]n
 in corde q[uam] in uenis: quomodo aut[em] ex ipso clementum
 partes accipiant & omne de alimento in alijs & in his que
 de generatione conuenientius est exponere. In presentia
 uero tantum in dictum sit: quantum opus est quia sanguis

n. materia est: sanguis uero ultimum alimentum est: magna ergo differentiam facit: cum calidus aut frigidus sit & tenuis aut crassus & turbidus aut liquidus: cruor autem est sanguinis aqueus uel quoriam nondum digestus sit uel quoniam corruptus. quare hic quidem necessarius cruor: ille uero sanguinis gratia.

De adipis & serui nō & de causa medulle

C. 111.

Serum autem & adeps secundum sanguinis differentiam inter se differunt: nam utriusque ipsorum sanguis digestus est pro bonam nutritionem: & qui quidam in digestibus longum uel tritum sit: non consumitur tamen in carnem animalium partem: & pinguedo est ipsorum significat: pinguedo. n. ex humidis acui ignis commune est. prope nullum de sanguine carentibus neque adipem neque serum habet: sanguinera uero habentium: que terreum magis sanguinem habent: adipem magis habent: adeps. n. terreus est: idcirco gelat sicut & nillosus & uira taha. paucum. n. habent aque: multum autem terre. Idcirco que cornuta & utriusque denticulata non sunt: adipem habent: manifesta uero natura sua huiusmodi elemento plena esse fit: & quia cornuta est: & quia solidam unquam habet omnia. n. hec sicca & terrea natura sunt: utroque autem denticulata ordine nec cornuta nec multifida serum habent pro adipe: quod nec gelat nec frangitur: delectatum: quonia natura eius terrea non est. hec si mediocriter in partibus animalium sunt profunt: nam nec impedimento ad sensum sunt & ad somnitatem & uires operantur: si uero excesserint multitudinem obfunt atque corrumpunt: nam si totum corpus adipo ac seruum fieret periret profecto. animal. n. per sensitiuam particulam est: caro autem & eius proportionale sensitua est: sanguis autem ut diximus non habet sensum: idcirco neque serum neque adeps: sanguis. n. digestus hec sunt: quare si totum corpus huiusmodi reddatur: nullum profecto habebit sensum: propterea que pingua ualde sunt cito senescunt: pauci. n. sanguinis sunt: quia sanguis in pinguedine consumitur. que uero pauci sanguinis sunt: hec ad corruptionem preparata sunt: nam corruptio paucitas quedam sanguinis est: propterea qui paucis

est. pati a quovis frigido & calido aptus est. hac et de causa
 que pingua sunt: inferiorem sunt: nam quod a sanguine
 in sperma separari oportebat: id in adipem & seum abiit
 hec. n. digestio sanguine facta sunt: quare aut nihil omnino
 in ipsis superfluum gignitur aut perpancum. Verum de
 sanguine. cruore. seuo q̄ ac adipe quid nam singula ip̄p
 sint & qual ob causas dictum ē. Sed medulla et natura
 quecum sanguinis est & non quemadmodum aliqui putat
 seminaria spermatis virtus: id vero in omni recentibus per
 spicitur: nam quia partes ex sanguine constitute sunt
 & alimentum embryonibus ex eo est: ideo in ossibus me
 dulla quoq; sanguinea est: nam cum creverint. alimen
 tumq; melius digeratur: ut & partes & viscera colores com
 mutat: excessus. n. sanguineus singula viscerum in re
 centibus sunt: sic & medulla & in seuo quidem pinguis
 & ip̄ seuo similis. In ipsis vero non seum sed adipe
 sanguis digestus fit in eis adipea. Idcirco in cornutis nec
 utraq; densitatis ordine adipea: In utringq; vero densitatis
 & multifida seuoacea est: spinea tamen medulla: quonia
 continuam esse oportet & per totam spinā spondylor divi
 sam pertransire minima huiusmodi est: nam si pinguis
 esset aut adipea: non similiter esset continua: sed aut spon
 gibilis aut humida. nonnulla vero animalium conveniunt
 ut ita dicam medullam non habent: quorū ossa dura
 & solida sunt: ut Leonis: huius. n. ossa quia exigua in
 omni habent: non habere penitus videntur. Verum qm̄
 naturam ossium aut proportionale ossibus ut in aequati
 libus. spinam in animalibus esse necesse est: medullam q̄
 in nonnullis esse necesse est: alimento unde ossa fiunt in
 tercepto: quod vero alimentum omnibus sanguis sit dictū
 est. rationaliter et adipea vel seuoacea medulle sunt: di
 geritur. n. sanguis pp̄ calorem: ideo factum: quia in ossib;
 continetur. digestio vero sanguinis per se adipea & seuum
 est: rationaliter ergo indurata solidaq; habentibus ossa in
 quibusdam hec non insunt: in quibusdam pauca minime

LIBRVS ANTIQVVS

sunt: consumitur. n. alimentum in ossa. in habentibus autem
 spinam & non ossa, medulla spinosa solum inest: natura. n.
 hec parvi sanguinis sunt: & spina dorsalis concava sola est.
 quia & in hac sit: sola. n. capacitatem habet: & sola connexionem
 per distinctiones indiget. idcirco huius loci ut medulla ut dictum
 est ab alijs differt: nam quia quasi vinculum transeat
 viscosa & nervosa est ut tensionem habeat. cur igitur medulla
 habeant que habent dictum est & quid medulla sit ex ea
 sanguinea alimenti in ossa & spinam dimisi superfluitas que
 continetur digesta. De natura & causa cerebri. c. vi.

Fere autem consequens est, ut de cerebro iam dicamus: mul-
 tis. n. id aut medulla videtur, aut medulle principium
 quia spinam medullam vident ei esse continuam. est autem
 ut breviter dicam ei omnis natura medulla contraria: na-
 tum cerebrum frigidissimum corporis partium sit: medulla
 calida natura est: quod et pinguedo ipsius significat: quia
 continua cerebro spinosa est: semper. n. natum ad frigori-
 lorum excessum remedium ex contrarii vicinitate solet
 advenire: ut per alterum alterius excessum ad equali-
 tatem reducat: quia igitur medulla calida est parte ex
 multis. cerebri vero frigiditas & vel tactu ipso percipit. Bre-
 viter sine sanguine humidore omnium corporis maxime est
 nihil. n. in se ipso sanguinis habet: siccissimum est: nec su-
 perfluitas est, nec ex continuis partibus sed propria natura
 & rationaliter talis: quod igitur nullam ad sensum partem
 habet continuitatem: cum visum percipitur: cum vero quia
 nullum facit sensum dum tangitur: sicut nec sanguis nec
 superfluitas animalium. est autem in animalibus ad salutem
 totius nature: nam qui animalis animam ignem: aut hu-
 iusmodi quandam virtutem esse ponunt: melius forsitan
 dicerent: si in tali quodam corpore ipsam locarent: cuius
 causa est: quoniam ad operationes anime calidum ministranti-
 um maxime corporis est. alere namque atque movere aut
 officia sunt: que per hanc virtutem maxime fiunt. quare
 simile est. animam ignem dicere & ferram aut securim

lignarium fibrum: aut artem ipsam fibrilem: quia opus eorum
 cum se inter se sint consumatus. patet igitur hinc: quia
 caliditate participare animalia necesse est. Verum quoniam
 omnia contraria indigent virtute, ut modicum & medi-
 um assequantur: hoc .n. substantiam rationemq. habet: qua
 neutra extremitatum seorsum habet: hanc de causa contra
 cordis locum & caliditatem ipsius cerebrum adiuvenit na-
 tura: & huius gratia hec pars animalibus inest naturaliter
 habens communem aquae ac terre: & ideo cuncta que sangui-
 nem habent: cerebrum quoq. habent: alioq. n. ut breuiter
 dicam nullum nisi secundum proportionem sicut polypus:
 pauca namq. caliditatis omnia sunt: quia sanguine ca-
 rent. cerebrum ergo caliditatem & ebullitionem que in
 corde est ad temperiem reducat. Verum ut et hec pars
 modicam sortiativè caliditatem ex utraq. vena magna
 dico & aorte venae menica quo circa cerebrum e. exant
 ne aut caliditate noceant pro magnis quidem ac par-
 vis multe ac tenues vene circa ipm sunt. pro multo vero
 crassoq. sanguine tenuis sanguis ac liquidus. propterea et
 fluxus in corporibus ex capite habet principium in qui-
 busq. vicina cerebri mediocri complexione frigidior
 sunt: tam cum suis per venas alimentum exaltet super-
 fluitas: pp huius loci virtutem frigiditas flammis & acoris
 facit defluens: oportet aut magnis parva conferentel si-
 militer accidere arbitari sicut in imbrum generatione: cum
 .n. ex terra vapor exalaverit & a. calido sursum feratur
 qm ad aerem qui super terram e fuerit quia frigidus est
 in aquam rursus pp frigoris coit & defluit deorsum
 ad terram. sed de istis in negotio de principijs egrotatio-
 num convenit dicit. hec aut particula somnum quoq.
 animalibus que ipsam habent efficit: non habentibus
 vero proportionalis: frigiditatis .n. sanguinis alimento
 affluentiam aut pp alias similes quasdam causas locum
 gravat: pp ea dormituri caput quasi grave deiciunt)
 & facit cum deorsum cum sanguine calidum defugiat.

ppea in inferiori loco plus congregatum somnum efficit factq: ne
 ne recta queant stare quecumq: animalium recta natura sit.
 quecumq: uero non recta horum capitis rectitudinem auferet.
 de quibus dictum est seorsim in his que deorsum & somno de
 terminata sunt. ¶ uero cerebrum aque & terre comune sit
 manifestum facit quod ei accidit: nam cum decoctum sit.
 durum efficitur atq: ficum: terreum. n. cum aqueum
 calido euaporauerit relinquitur sicut legumina retexi
 fructus assi: quoniam terre ex magna sunt parte permix
 to humido expulso: dura & terrea omno efficiuntur: pluri
 mum aut cerebrum ceterorū animalium pro magnitudi
 ne homo habet: & uiri plusq: mulieres: nam & torum qui
 iuxta cor & pulmonem est calidissimum & sanguinis plen
 simum habet: idcirco solus omnium animalium rectus est: nā
 calidi natura prepotens timentum a medio secundum latrone
 suam efficit: ad multum igitur caliditatem plus humida
 tis & frigiditatis opponitur: & pp multitudinem tardissime
 illud os capitis durefit: quod bregma grece uocatur: qm
 longo tempore calidum uaporem emittit: quod nulli alij
 animalium sanguinem habentium accidit: futurus quoq:
 plurimas habet in capite & uiri mulieribus phoret: eadem
 de causa ut locus euentabilis facile sit: & magis ubi plus ce
 rebei est: magis. n. humectatum aut deliccatum officium
 suum non facit: sed aut non frigefacit aut contrahet:
 ita egrotationes & demenciae inducet & mortes: calidum. n.
 quod in corde ac principium est: maxime patibile est: &
 celerrime sentit: cum sanguis qui circa cerebrum ē permu
 tetur atq: aliquid patiatur. Verum de humidis que anima
 libus congenita sunt ferē iam dictum ē: eorum uero que po
 stea gignuntur partim alimenti superfluitates sunt uespe dico
 atq: alui: partim sperma & lac in his animalibus que nata
 sunt singula hec habere: sed alimenti superfluitates quibus ani
 malium & quas ob causas sunt proprias habent rationes: ad
 considerationem de digestionem alimenti pertinentes: de sperma
 te uero atq: lacte in ijs que de gnatione: alterum. n. corp

generationis principium est: alterum generationis gratia:—

De dispositione naturarum: carnis & ossium atque spiritus. C. VI.

De ceteris igitur similibus partibus considerandum: ac primum de carne in habentibus eam: in alijs uero de proportiona-
 ly: hec .n. principium corporis animalium est per se: quod ratione quoque patet: animal .n. quia sensum habeat diffi-
 nimus & primum qui primus est: hec uero tactus est: cui instrumentum hec pars aut primum est sicut pupilla, uisus: aut per quod simul accipitur, ueluti si quis totum diaphanum cum pupilla simul accipiat. In alijs igitur sensibus impossibile nec ualeat a natura fieri: tactum uero ex necessitate: solum .n. aut maxime omnium organorum sensuum corporale est: sensu .n. patet cetera omnia huiusmodi gratia esse ossa dico pellem: neruos: uenas: pilos: unquam genus & siquid diuisum huiusmodi est: ossium .n. natura ut mollia saluentur adiuuenta est: cum dum natura sit: in habentibus ea: & in non habentibus proportionale: ut in quibusdam piscium spina: in quibusdam cartilago: huiusmodi ergo patrocini nonnulla animalium intus habent: nonnulla sanguine carentium foris: ut crustaceorum singula sicut cancri locustorumque genus ac testaceorum similiter: sicut que ostrea uocantur: us .n. omnibus carnem quiddam intus terrenum uero quod continet conseruatque: foris: nam cum ad conseruandam continuationem parti calidi naturam corpore habeat quia sanguine caret quasi caminus quidam testa circumiacens in naturam calorem conseruat: testudo quoque ac hermydarp genus quatuor aliud ab istis sit: similiter tamen se habere his uideatur. Insecta uero animalia & mollia contra hec & opposito inter se modo constituta sunt: nihil .n. ossium aut terrenum habere separatim uidentur: quod dictum dignum sit: sed mollia quidem carnea foris tota sunt: & ut nomen significat mollia: uerum ne faciles corpus esse sicut caret sit corruptionis naturam habeant mediam inter carnem & neruum: molles .n. est quasi caro: tensionem autem habet ut neruus: cassum quoque carnis non recte

sed circulariter diuisibilem: sic. n. se habent accommodatissimi e
 ad robur. Id est. tamen in eis osium: spinae proportionale ut
 in sepijs: quod sepium in longinibus qui gladius uocatur. Po
 lopi uero nihil tale habent: quia quod in eis caput uocatur
 paruum habet capacitatem. illa uero longiora sunt: propte
 rea & ad rectitudinem & ad inflexibilitatem ipsae: sic illa
 subscripsit natura sicut in sanguem habentibus in quibusda
 os: in quibusdam spinam: sed infecta contra & hec ex q̄ san
 guinem habentia se habent ut diximus. nihil. n. durum
 aut molle seorsum habent: sed totum corpus tibi dicitur
 durum: ut osse quidem magis carnosum sit: carne uero
 osseum magis magisq. terrenum: idq. propterea ne factus cor
 pus eorum sit diuisibilis. habet aut se similiter tam ossem
 q̄ uenasque natura: nam utraq. ipsae ab uno innascens
 continua est. nec os est ipm per se ipm ullum: sed aut pro
 ut continui aut tangens atq. connexum: ut eo natura
 & quasi uno & quasi continuo & ut duobus atq. diuisis ad
 flexum utatur: nec uena similiter ulla ipsa per se ipsam
 est: sed omnes partes unius sunt: nam si os inisset separatim
 nec officium suum faceret: cuius gratia osium natura est
 nec. n. flexus causa: nec ullius rectitudinis esset: non esset co
 tinuum sed deficeret: & quasi spina uel sagitta carnis in
 herens obesset: uena quoq. si separata: nec ad principium co
 tinua esset: non seruetur sanguis in ipsa: calidatus. n. ab
 illo coagulari prohibet: corrumpi et uidetur qui separatus e:
 est aut uenas principium cor: osium uero spina dorsalis:
 in omnibus habentibus ossa: a qua ceteras osium natura
 continuatur. nam que longitudinem & rectitudinem anima
 lium continet dorsalis spina est: uerum qm dum animal
 mouetur: flecti corpus necesse est. continuitate quidem
 una est: spondilorum uero diuisione multasque partium: ex
 ipsa uero in his quibus colla ad ipam continua sunt colly
 iuncturarum ossa sunt: nam ubi colla flectuntur: ibi normis
 colligata sunt & extremis coaptata: cum alterum cauum
 sit: alterum e. contra rotundum: aut utrunq. cauum

sed eadem quasi clauum in medio intercepta ut flexus
 & extensio fiat: nam aliter aut omnino impossibile aut non
 bene motum huiusmodi facerent: nonnulla et ossium cum
 alterum simile principium extremitati alterius habeant
 necuis colliguntur: cartilaginee quoque partes inter flexus
 sunt quasi tori aut culatere: ne alterum ab altero con-
 ratur: ossibus uero carnes inhaerent tenuibus uinculis ac
 capillaribus adiunctis: quarum gratia genus ossium est.
 nam quemadmodum qui ex limo aut ex alia massa hu-
 midiore animal fingunt aliquid de solidis corporibus sup-
 ponunt & ita circumformant: sic natura ex carnibus ani-
 mal condidit. Ceteris igitur carnis partibus ossa subsunt
 aut gratia flexus in ijs que mouentur: aut custodie ca-
 in immobilibus: sicut costae salutis gratia: ut precordia con-
 seruentur pectus concludunt: omnibus uero uenter absq;
 ossibus est: ne tumor quia cibo necessarius in animalibus
 fit ab eis prohibeatur: & embryonum incrementum in fe-
 minis: sed animal quidem parientia & in ipsis & foris du-
 ram ossium uirtutem & similem habent: mulieres. n. hoc ma-
 iora non parientibus animal sunt: ut proportione cor-
 porum possumus dicere: est. n. ubi multa de parientibus
 animal magna pinguntur: sicut in hya & leuiscibus
 atq; fucis: magis aut firmiteribus durioribusq; subfesta-
 culis opus est & horum illic que ad inferendum ea uim ap-
 tiora sunt: quocirca duriora sunt marium & feminarum.
 Carnes et comedentiam: ijs. n. pugnacibus habent: ut le-
 oni: cuius ossa adeo duram habent naturam: ut percussa
 quasi lapides ignem proiciant: delphinus quoque non spinas
 sed ossa sunt: animal. n. parit: sanguinem aut habentem
 nec animal parientium natura differentiam habet: sed
 paruum sicut auibus: ossa quidem sunt sed imbecilliora.
 pisces uero qui ouum generant: spinam habent: & serpen-
 tes similiter: spinea. n. ossium natura in ipsis est: pretor
 & in pectinis: quibus aduices sunt: ut animal parien-
 tibus firmiteribus opus est sustentaculis. Ite uo selachia

grece latine cartilaginea uocantur: spiritum naturam cartila-
 gineam hnt. humidiores. n. necesse est motum ipso esse
 quare oportet sustentatione naturam non esse durum
 sed molliorem: terreum quoque tactum in pellem naturam
 consumpsit: sed eundem excessum non potest multis na-
 tura locis distribuere: multa uero est in animal parien-
 tibus ossa cartilaginea sunt: quibuscumque mollem muci-
 laginosumque soliditate propter circumiacentem carnem
 esse conducat. sicut auribus & naribus accidit. ato. n.
 dura & arida in habentibus franguntur: est autem
 eadem ossis cartilaginisque natura. sed differit eo quod magis
 & minus est: propterea neutrum cessat in usum: sed in
 gressibus cartilagineae separata medulla caeant: nam
 quod separatur per totam permixtum mollem cartilagi-
 nis massam multilaginosamque facit. In selacheis uero
 spina dorsalis cartilaginea est & medullam habet: loco. n.
 ossis hec pars in ipsis est. sunt autem secundum tactum os-
 sibus iste partes propinque unguis & ungula sine solide
 sine bisulce: cornua & ouium rostra: que omnia opis gra-
 in animalibus sunt: nam que ab ipsis constituuntur tota
 uniuocata sunt: ut ungula tota & cornu totum ad salu-
 tem in singulis procreata sunt. In hoc genere dentium quoque
 natura est: alio ad opus unum alimenti preparationem
 alio & ad hoc & ad uires ut serratorum & exsertorum denti-
 um omnibus. hec omnia necessario terrestrem & solidam
 habent naturam: huiusmodi. n. uirtus armorum est. opera
 amata hec in quadrupedibus sunt animalibus: animalque
 parientibus: quia terrestrem magis quam hominum genus con-
 stitutionem habent. Seruum de his & de annexis ut pelle
 uelica membrana: pilis: pennis & proportionalibus: & si-
 talis particula est: postea unicum usque que dissimilium par-
 tium sunt causa consideranda est & cuius gratia in sunt.
 animalibus singula: ab operibus. n. scilla & hec cognoscere
 necesse est: sed quia partes toti uniuoce sunt: ideo inter
 ea que similitum partium sunt ordinem modo acceperunt -

omnium aut horum principia caro & os sunt: de spermate q̄
 atq; lacte in sermone de humidis & de his que similia partu
 sunt dicere pretermisimus: quia consideratio hec doctrine de
 generatione apte coniungitur: alterum. n. principiu: alteru
 eorum que contingunt alimentum est. De capite etq; conexus sensib; . c. viij.

Nunc vero dicamus rursu quasi a principio primum
 a primis incipientes: omnibus igitur perfectis animalibus
 due partes maxime necessarie sunt: quia alimentum suscipi
 unt: & qua superfluitatem emittunt: nam nec esse nec cre
 scere absq; alimento possibile est: sed plantę uiuere. n. et ipas
 asserimus) superfluitatis inualis locum non habent: digestum
 . n. alimentum a terra suscipiunt: sed pro ea semina fructusq;
 producant. tertia uero pars in omnibus est que inter illas
 est: in qua uite principium est. Verum natura plantarum
 cum imobilis sit non multas que dissimilibus constant par
 tibus species habet: paucas. n. ad paucas operationes instru
 mentis opus est. quare seorsum de forma sua consideran
 dum: que uero ad ipm uiuere seorsum q̄ habent: multi
 formiorem habent formam & ex his alia alijs magis & mul
 tipliorem: quibus non solum uiuere sed bn quoq; uiuere na
 tura comunicauit. huiusmodi aut hominum genus est: nam
 aut solum corp que nobis cognita sunt diuino participat: aut
 maxime omnium. quare idcirco & qm̄ exteriorem eius partiu
 forma maxime nota est: de ipso in primis dicendum: nam
 & que partes natura sunt: huic soli secundum naturam se ha
 bent & soli suum ad suum totius est. homo . n. animalium
 solus rectus est: q̄ igitur caput habeat absq; carne necessario
 ex dictis de cerebro sequitur: non. n. ut quidam aiunt si
 carneum esset: longioris uite hominum genus esset: facilius
 . n. sensus gratia esse ipm asserunt sine carne: sentire namq;
 aiunt cerebro: sed partes admodum carneas sensum no su
 sapere: quors esset: contrarium efficeret: qua cuius gratia
 animalibus in est: non. n. posset frigescere: si ualde ipm cali
 dum esset: & sensuum nullius causa est. quippe qd̄ sicut
 quelibet superfluitas insensatum e: sed cum inuenire nequeat -

quam ob causam nonnulli sensuum in capite animalium
 sunt cumq; hanc partem videant separatiorem esse aliis par-
 tibus ex rationatione ad vitam combinat. Secum qd
 locus cordis principium sensuum sit iam in his que de sen-
 su sunt determinatum est: et quia duo quidem aperte ad
 cor diriguntur tangibilium dico atq; saporum: ex tribus
 aut olfactus quidem medius est. Visus vero & auditus pp
 organorum naturam in capite maxime sunt: & ex his ipse
 visus in omnibus quidem auditus atq; olfactus in partibus a-
 liisq; huiusmodi clarum faciunt quod dicimus: audiunt. n.
 atq; olfactant: organum aut horum sensuum nullum ha-
 bent in capite manifestum. Ipse vero visus in omnibus hebra-
 tibus rationaliter in cerebro est: nam hoc quidem humidum
 & frigidum est: ille vero aqua natura e. hec. n. ex diaphanis
 facile custodibilis est. preterea perspicaciores de sensibus per eas
 partes que liquidiorum sanguinem habent perspicaciores fi-
 eri necesse est: motus. n. caliditatis sanguinis operationem
 frangit sensitivam. his de causis organa istos in capite sunt.
 non solum aut in capite: verum et occupat absq; carnis est:
 omnibus. n. que caput habent: rectissimum esse oportet hanc
 partem: nihil aut onere gravatum exigi potest: tale vero
 esset si carnem haberet: unde patet non gratia sensus cere-
 bri sine carne caput esse: presertim quia caput in occipite
 cerebrum non habent: & tamen absq; carne similiter fit. ra-
 tionaliter vero nonnulla animalium auditum et in ca-
 pite habent: quod. n. vacuum appellatur: aereis plenum est.
 auditus aut aereis organum esse asserimus: ab oculis igitur me-
 atus in venas que circa cerebrum sunt feruntur: & ab au-
 ribus rursus eodem modo meatus in posteriora copulantur.
 est aut nec absq; sanguine ullum sensitivum: nec sanguis.
 sed quiddam eorum sunt que ex hoc. propterea nihil in sangui-
 nem habentibus sanguine carens sensitivum e: nec ipse
 sanguis: nulla. n. animalium pars est. est aut omnibus
 cerebrum que hanc partem habent in anterioribus: in istis
 . n. est quo sentiunt: sensus. n. a corde: & hoc in anterioribus e.

sentire quoque per partes fit que sanguinem habent: vacua vero posterior capax uenis est. Locantur autem organa bene secundum naturam hoc modo. auditus quidem organum in media circumferentia: non enim per rectitudinem solum sed undique audit. Visus autem anterioribus: per rectitudinem. non uidet: motus quoque anteriora est. prouidere autem oportet id ad quod motus. olfactus autem organum inter oculos rationaliter collocatur: duplex enim unumquodque organorum est, quoniam corpus duplex est: alterum dexterum alterum sinistrum: sed id in tactu quidem non patet: cuius causa quia primum organum non est caro & talis particula sed intus: in lingua uero est minus magis tamen quam in tactu: nam ex hoc sensus quasi tactus quidam est: patet tamen et in ea: scissa enim apparet: in ceteris autem organis sensus manifeste bipartitus est: duc namque aures: duo oculi & narium uirtus duplex est: alio ipso ordine locata distractaque: sicut in auditu opus suum non faceret: neque pars in qua est: per respirationem enim nares habentibus sensus fit: hec uero particula per medium & in anterioribus est. In appropinquato in medio trinum organorum natura nares conduxit: ita quasi regulam unam in motu respirationis supposuit. hec organa sensuum bene se in aliis quoque habent animalibus ad propriam singulorum naturam nam quatuor quidem pedum animalia perfecta aures habent & super oculos ut uidentur: non autem sic sed uidentur quoniam non recta sed proclina sunt animalia: cum ipse ita minime moueantur utiles sunt: cum altiores & mobiles sint: magis enim suscipiunt undique sonos uerse: Aures autem poros solummodo habent: nam tum propter pellis duritiem: tum quia non pilose sed penetrante sunt: non habent enim materiam unde aures possent formari. similiter & in quadrupedibus que oua pariunt & corticata sunt: eadem enim ratio illis est accommodatur. Si tulus autem maxime ex parientibus animal aures non habet sed solos auditus poros: nimis enim hec quadrupes est. Verum homines quidem & aures & quadrupedes tam animalia & oua pariunt uisus tamen habent. In animal quidem pariunt duas palpebras quas frequenti motu claudunt

atq; aperient. Ex oculis autem & alie & que grandis sunt
 & ex quadrupedibus que ova pariunt per membranam fre-
 quenti motu ipsos ab angulis oculos tutantur: causa uero ut
 tutamen habeant est: quia oculi humidi sunt: ut acute hoc
 modo uideant a natura procreati: nam si dure pelles essent
 quamuis minus ab extrinsecis accidentibus ledi possent: non
 uiderent aut acute: huius ergo gratia tenuis circa oculum pel-
 lis est: saltem uero gratia palpebre sunt: uideo frequenter
 eas mouent omnia: & omnium maxime homo: cetera
 quidem ut que occurrunt palpebris propellant: quod
 non uoluntate sed natura fit: homo uero frequentius: quoniam
 tenuissima pelles eius est: palpebre aut pelle constant: uideo
 nec ipse nec preputium concretat: quia pelles absque uene
 sunt. Avium uero que inferiore oculum palpebra claudunt
 & quadrupedes que ova pariunt per durtum pelles in-
 put uicium dunt sic claudunt: granules. n. ex pernatibus que
 uolatiles non sunt: permaxum cumentum ad crositionem pal-
 lis conuertunt. Iam uero iste quidem inferiore palpebra cla-
 dunt. columbe uero ceteris: huiusmodi ambibus: quadrupe-
 des aut que ova pariunt cum corticales sint: duriores pelles
 sunt: quare pelles quoque pelle. superior igitur parte ga-
 dura in ipse est. palpebram non habet: inferior uero cirna
 non est: quare tenuitatem quoque & extensionem habet pal-
 pebra: nec tamen frequenti huius motu oculum acies tutan-
 tur: sed membranule: tardus. n. est motus illius: oportet
 aut uelocem esse: membranula igitur talis est: ex angulo
 aut qui ad nasum est membranula progreditur: quia meli-
 us est ab uno principio naturam ipsarum esse: principium
 aut habent appendicem que ad nasum est. preterea quod
 antecius est: obliqui magis principium est. quatuor autem
 partium & ova parientia non frequenti motu mouent.
 similiter quia cum terrestria sint: non est necesse eis humi-
 dum atq; exquisitum uisum habere: quod ambibus necessa-
 rium est: uisus. n. uisus percul est: propterea que ad uisum
 unguum sunt acuti sunt uisus: a sublimi. n. alimenti

aspectus ipſis eſt: quapp hec maxime animam altinola ſunt. ter-
 reſtria uero & non uolantia ut galli & que huiusmodi ſunt
 non acute uident: non. a. ad uiuendum neceſſe ipſis eſt. piſces
 autem & infeſta & corticalia & ſi differentes inter ſe oculos habe-
 ant. palpebram tamen non habent nullum eorum habet:
 nam que durorum ſunt oculos omnino non habent. & n.
 tum palpebre uſus motu pelliculæ ceteri fiat: pro hac deſenſi-
 one durorum omnia ſunt oculos quaſi per annexam palpe-
 bram uideant: q̄ uerum qm̄ pp̄ duritiem hebetiorem fieri
 uifum neceſſe eſt. moueri oculos in infeſtis natura effecit
 & magis in corticalibus ſicut auces in nonnullis ex quadru-
 pedibus, ut oculos ad lucem uertentia & inde illuminata
 acutiſ uideant. Piſces aut̄ humidorum ſunt oculos: pro-
 cul. n. multum ſcientibus motum uti uifu neceſſe eſt.
 ſed permatis quidem aer diaphanor eſt. piſces uero quando
 ad acute uidendum aqua ſibi contraria eſt: nec offenſionē
 oculos multas habent ſicut aer: idcirco palpebram non
 habent: nihil. n. naturam ſcit fruſtra: ſed humidore adue-
 ſus coſſitiam aque ſunt oculos: habent aut̄ alia. In pal-
 pebris quecumq; pilos habent: auibus. n. & corticalibus non
 ſunt: quia pilos non habent: ſed de ſtrutione libyco que
 habeat: aliam poſtea cauſam dicemus. eorum uero que
 habent pilos homo ſolus in utriſq; habet: nam quatuor pe-
 dum animalia non habent pilos in ſupinis: ſed in dorſalibus
 magis: homo aut̄ e contra in ſupinis magis q̄ in dorſalibus:
 protectionis. n. grata pili ſunt in habentibus: quadrupedi-
 bus igitur in dorſalibus magis protectione opus eſt. Anteriora
 uero & ſi honorabiliora ſunt flexu tamen euadunt.
 In hominibus aut̄ qm̄ anteriora equaliter poſterioribus
 pp̄ rectitudinem habent. auxilium naturam honorabiliori-
 bus hominis tradidit. ſemper. n. ex poſſibilibus cauſa eſt
 melioris: propterea nihil ex quadrupedibus nec inferioris
 palpebre pilos habet: ſed ſub hac palpebra in nonnullis pili
 naſcuntur: nec in aſcellis: quemadmodum homines: ſed pro
 ipſis quædam per totum corporis dorſale denſa pilis ſunt

ut canem genus: quaedam cristam habent sicut equi ex hu-
 iusmodi animalia: quaedam iubam ut Leo mastuluo. Pre-
 terea quibusdam longiores caudae sunt et ornate pilis a-
 natura sunt longis quidem si corpus caudae minus est sicut
 equo: brevioribus aut si longum & secundum reliqui cor-
 poris naturam: ubiq: .n. quod aliunde accipit alij particula
 reddidit: quibus aut corpus densum vehementer efficit
 in his cauda rudiior est: sicut in ipsis videmus. homo aut
 omnium animalium caput pp cerebri humiditatem & pp
 suturas densissimus e: nam ubi humidum & calidum
 plurimum est: hoc plurimos nasci pilos necessarium est.
 protectionis vero gratia ut regentes ab excessu caloris &
 frigoris defendat. cumq: plurimum hominibus cerebrum
 atq: humidissimum sit: maxima et indiget tutela: nam
 quod humidum est & calidum & frigidum maxime: quod uo
 contra impassibilis est. egressi aut adhaec sumus pp horu
 affinitatem: cum alioq: causas scrutaremur. Itaq: de reli-
 quis in locis recordabimur congruo. Supercilia uo ex alia
 opus gratia utraq: sunt. supercilia quidem ut defluentes
 humiditates depellant: quasi .n. obices eorum sunt que
 a capite defluunt. Cilia uero ad expellenda que in o-
 los intrant quasi uallum proposita sunt. Sunt aut
 supercilia super compositionem ossium: propterea sic in
 fenestranibus pleriq: densantur: ut tunc opus sit. Cilia
 uero in extremitatibus uerulay: ubi .n. palpebre terminan-
 tur. Inare necesse est propter humiditatem corpoream ad-
 uerentem: nisi aliquid nature opus impedimento fuerit
 preter alium usum et hac de causa necessario in his locis
 nasci pilos. De dispositione atq: ca nasi elephantis ex alioq: .c. viij.

Sed in reliquis quadrupedibus & animal parientibus
 non longe quodammodo inter ipsa ofitius organu distat.
 quecuq: uero prelongas ac in angustum deductas habent
 maxillas in ijs in dicta particula narium inest modo q
 inesse potest. In ceteris ad maxillas particulae magis est: .
 elephantis aut preter reliqua maximo propriam habet

hanc partem: nam & magnitudinem & virtutem habet ingente
 navis. n. est qua abum capiat & ad os quasi manu adurit si
 ficum q̄ humidum. ardore quoq; hac inveniunt euellit & u
 tute tanq̄ manu. natura. n. hoc animal palustre simul atq;
 gressibile est: quare quoniam ex humido habere alimentis
 oportet, quoniamq; cum gressibile sit & sanguinem habeat
 respiret necesse est: nec uolocem ab humido ad siccum muta
 tionem facere possit: sicut in nonnullis animal patientibus & re
 spirantibus (excellent. n. magnitudine) necesse est ut similiter
 humido sicut & terra utatur: quaha ip̄ nonnulli eorum q̄ se
 in profundum submergunt instrumenta ad respirandum ex
 cogitauerunt: ut q̄uis longo tempore in profundo moratur
 per instrumentum tamen aerem de foris atcabant: talem natu
 ra magnitudinem navis in elephantis effecit: extollentes. n. su
 sum naves per aquam q̄ per humida iter faciunt respirant.
 nam sicut diximus navis elephantis pro musca ē. Verū qm̄
 impossibile est talem esse nasum nisi mollis sit, flexiq; possit
 impedimento. n. sua esset longitudo ad accipiendum procul
 abum, sicut cornua uolunt bovis qui a posterioribus pasun
 tur: quos aiunt retro cedentes pedice pasti. Im̄ igitur talis pro
 musca sit sicut natura solet ad plura eisdem partibus uti: sic
 et hac pro anteriorum usu pedum abutitur: hos. n. multorum
 digitorum quadrupedes: non solum sustinendi gratia ponde
 ris: sed et pro manibus habent. elephantis aut̄ multorum di
 gitorum sunt: nam neq; bifidos neq; solidos habent pedes. Et
 quoniam magnitudo & pondus corporis ingens est: idcirco sub
 stentaculi solummodo gratia sunt: q̄ tarditatem et flexus: quia
 flexi apti non sunt: ad nihil aliud conferunt: respirandi er
 go causa sicut et aliorum singula quibus pulmo est narum
 habet: & quia in humido moratur exinde tardius egredit̄
 propterea longam atq; flexibilem. cum uero pedum usus ab
 sit abutitur ut diximus natura pro pedum auxilio hac pre
 tula. Anes aut̄ & serpentes & quocunq; quadrupedum
 sanguinem habent & oia paruius nasum meatus ante os
 sic habent, ut naves non nisi q̄ opus dicantur. aperte

namq; articulatas non habent: anem. n. nemo naves habere
 dicit: quod accidit: quia rostrum pro maxillis habet: horum
 causa natura avium est hoc modo constituta: bipes. n. & per
 natum animal est: quare colli capitisq; collum pondus parvum
 est: & pectus angustum: ut igitur & ad vires & ad cibum uti
 le rostrum sit: ossium eis est: angustum aut pp caput parvi
 tatem. cum igitur in rostro pori olfactus sint: naves ipsam ha
 bere impossibile est. De ceteris vero animalibus que respirant
 iam pridem dictum est qua de causa naves non habeant: cu
 alia per branchias: alia per fistulam respirant. sed infecta per
 diazoma spiritus operem hauriunt: & omnia spu corpori
 cognita quo moventur: ipse n. omnibus natura inest: nec
 de foris adducibilis est. De na & ca labiorum & lingue. c. 17.

Sub naribus aut labiorum natura est illis: que cum
 abiq; sanguine non sint: dentes habent: nam avibus
 ut diximus pp cibum & vires ossium rostrum est: quod pro
 dentibus & labijs in unum conductum est: ut siquis labijs
 ab homine remotis: superiores inferioresq; dentes seorsum de
 ducat: angustam utrinq; longitudinem habens finens: id
 n. rostrum iam avis erit: alio ipr animalibus natura
 labiorum ad salutem atq; tutelam dentium est. In avibus quato
 illis exquisite beneq; aut contra percipiunt: tanto per actu
 labium magis hanc partem habent: hominibus vero carnea
 & mollia sunt separariq; possunt. Sunt aut gratia tutela
 dentium sicut & alijs & magis pp bonum: ad usum. n. ora
 tionis et ista sunt: nam quem admodum linguam non
 similem aliorum natura facit: sed ad duo abusa est opera
 quid enim in multis facere diximus: ad percipiendos duo
 saporis: orationemq; proferendam: sic & labia tum huius
 tum tutela dentium gratia: sermo. n. uoce probatus lit
 teris constat: que nisi lingua huiusmodi & labia huius
 da essent: pluraque huius proferri non possent: alie namq;
 protensione lingue: alie labiorum compressione proferuntur.
 sed quales quotq; differentias littere habent a metricis di
 scendum est: necesse aut erat ad usum iam dictum singulas

has partes efficaciter statim concurrere & talem habere naturam
 propterea carnes sunt. hominem autem caro mollissima est: id
 vero quia sensitivum maxime animalium tactu homo est.
 Sub palato autem in ore lingua in animalibus est: gressilibus
 quidem fere omnibus similiter. ceteris atque ipsis ad se et ad reli-
 qua animalium dissimiliter. homo igitur solum maxime
 atque mollissimam linguam & latam habet: ut ad utrumque opus
 perutilis sit tum ad percipiendos saporis: tum ad profrendas
 orationes: homo. n. facilius ceteris animalibus sentit: & lin-
 gua molles tactiva est maxime: gustus. n. tactus quidam est.
 ad litterarum vero orationisque articulationem molles atque lata
 perutilis: nam cum talis & soluta sit retrahi protrahique maxime
 potest: quod illi manifestum faciunt: quibus bene soluta non
 est. blesi. n. balbutientesque sunt: id vero defectus litterarum est pe-
 nes latam angustamque linguam: parvum. n. in magno est:
 in parvo autem magnum non est. Propterea quecumque aves li-
 teras proferrunt, latioris quam alie lingue sunt. Sanguinem
 vero habentia de quadrupedibus animalisque patientia pau-
 ram vocis articulationem habent: duram. n. & latam &
 solutam habent linguam. nonnulli autem avium multi-
 noce sunt: & ad unumque avium unguem latioron habent.
 Sunt autem multinoce. que minores sunt: utunturque lingua
 ut altere altera interpretentur: omnes quidem sed alie a
 liis magis: adeo ut in nonnullis disciplina fieri vitissim vi-
 deantur: de quibus dictum est in historiis. Animalium
 vero gressilium ova parientium, sanguinemque habentium
 multa ad vocis quidem opus in utramque linguam & alligata
 atque preclusa habent. ad saporum autem gustum tam serpen-
 tes quam lacerte longam atque bisulcam: adeo. n. longa serpentibus
 est: ut ex parvo in multum extendatur. bisulca vero & ex
 extremitate tenuis atque pilosa: duplicem. n. voluptatem saporis
 percipiunt quasi sensum gustus duplicem habeat. Sanguine
 quoque non habentia sensitiva saporum non cavent particula-
 rum habent. Eniuncsa que sanguinem habent: nam que mul-
 tis non habent videntur: ut nonnulli piscium modo quodam hnt.

quamuis debilem: & fluvialibus fere crocodilis similiter:
 plurimi aut non habere rationali quadam de causa uiden-
 tur: spinosus. n. locus oris omnibus talibus est: & qm breui
 tempore saporum sensus aquatilibus fit: sicut breuis usus est
 ipsis: sic parvam eius habent articulationem: uetox autē
 in uentrem transitus est: qm in exprimendis saporibus non
 est possibile moram facere: in aderet. n. aqua. quare nisi
 quis ualde os deprimat: hec particula separata non cernitur.
 spinosus uero locus est: quia ex brachia^{re} contractu constat
 quarum natura spinea est. Crocodilis aut non nihil etia
 illud ad huius particule infirmitatem facit: qm inferiorem
 maxillam immobilem habent: lingua. n. inferiori connexa
 est: cum quasi ex contra superiorem habeant infra: ceteris. n.
 superior immobilis est. quare lingua non superiori: ne contra
 ingressum abi se haberet: sed inferiori affigitur: que quasi
 translata superior est. ad hec accidit et: ut quatuor grossiales
 sint: uicem tamen piscium inuunt. quare pro hoc quoque
 necesse est: ut in articulatione hanc particulam habeant. pa-
 latum uero piscium qz multi carneum habent: & fluvialibus
 nonnulli tam carneum ualde: tum et permollem: ut qui
 uocantur cyprini adeo ut non diligenter considerantibus
 lingua hec esse uideatur. Pisces igitur dicta de causa esse lin-
 guam habeant: non tamen manifestam eius articulationem
 habent. Verum qm est alimenti gratia quod in saporibus in-
 uenitur: sensus quidem particulam linguiformem habent
 sed non ubiqz similiter: sed in extremitate maxime. Idcirco
 piscibus hec separata solummodo est: ubi aut cupiditate ani-
 maha rimeta laborant: quia uoluptatis que inde fit sensum
 habent: cupiditas. n. iocunda est: particula tamen qua ab-
 sentiunt omnibus similis non est: sed alijs soluta: alijs anne-
 xa quibus uoce opus non est: & alijs dura: alijs mollis
 aut carnea: idcirco crustas et ut locustas & huiusmodi ta-
 le quid intus in ore est. Mollibus quoque sunt sepijs & poli-
 pio: In factorum uero animalium nonnulla intus talem par-
 ticulam habent: ut formicay genus & est factorum nonnulla

similiter: nonnulla foris quasi spiracula: sed spongiosam natura & cavam: ut simul hac & gustent & alimentum attrahant. quod patet in muscis: apibus ceterisque huiusmodi: et in testaceorum quoque nonnullis: tantum .n. in purpureis hec particula vim habet: ut vel conchiliorum testas perforent: sicut Stromborum: quorum testa capiuntur: Preterea asili ac rubece: hi hominum ceterorumque animalium pelles perforant. talis igitur secundum naturam lingua in his animalibus est: quasi conuenticulata se habens ad narrem elephanteorum: illius .n. naris ad opem: ista lingua pro spiraculo est. In ceteris uero animalibus amictus talis est linguam: qualem iam diximus.

Liber tertius de partibus animalium incipit feliciter.

De dentibus capiti primum.

AD ea uero que dicta sunt: natura est dentium & os quod ab istis circumuallatur & ab istis constituitur in animalibus est. ceteris igitur natura communiter quidem dentium ad terendum cibum inest: proprie autem & secundum genera nonnullis gratia uivendum: que cum bipartito in agendum & non patiendum diuidantur quedam gratia utriusque habent: nam que de agrestibus carnes secundum naturam comedunt: ea ut agant & ne patiantur habeant: quedam opis gratia: ut de siluestribus & mansuetis multa. homo uero & ad comenem usum bene dispositio habet: acuti .n. anteriores sunt: ut diuidat. maxillares autem lati ut terant: & hos ab illis canini distinguunt: qui natura inter utrosque sunt: medium .n. extremis utriusque participat: & canini hac quidam acuti: hac uero lati sunt: similiter & in alijs animalibus est quibuscumque acuti dentes sunt non: & maxime & hos tales & cum multis ad loquendum: multo .n. ad formationem litterarum anteriores dentes conducunt: sed nonnulla ut diximus de animalibus alimenti solummodo gratia: sive uero ad

Similiter nonnulla.

defendendum & offendendum eorum quedam execos habent
 sicut fies: quedam acutos atq; comutatos que ferratorum den-
 tium appellantur: nam quoniam in dentibus vires ipsorum ft:
 id uero pp acutiam fit: qui ad vires conferunt comutati inci-
 dunt: ne inter se terti retundantur. nullum aut anima-
 lium ferratorum simul & execos dentium est: nihil. n. fru-
 stra: nihil superfluum natum facit: auxilium aut alijs
 percussendo fit: alijs mordendo: sues. n. femine cum ex-
 eos non habeant: mordent. sed oportet uniuersaliter quidem
 accipere: quod & ad hec & ad multa que postea dicentur
 conducet: singulas. n. partium: que ad uim & ad opem
 conferunt: illis solummodo: aut magis natura tribuit que
 uti possunt: & maxime illis que maxime sicut aculeum
 calcas: cornua: execos dentes: & siquid aliud huiusmodi
 est: qm igitur masculus fortior & iracundior est: ppa
 quasdam partium solus: quasdam magis habet:
 nam quas necesse est et feminis habere sicut que ad cibum
 conferunt: habent quidem: sed minus: que uero ad nihil
 necessarium conferunt: eas non habent. Idcirco de ceruis
 mares habent cornua: femine non habent: cornua et uac-
 carum a cornibus tauorum differunt: & in ouibus similia:
 calcaria quoq; cum mares habeant: multae feminae non
 habent: quod similiter se habet et in ceteris huiusmodi: ppa
 aut omnes ferratorum sunt dentium: proter unum qui
 uocatur scarus: multi uero & in linguis & in palatis den-
 tes habent: huius causa quia necessarium est cum in humi-
 do degunt: humidum unacum abo & recipere: & id q; pri-
 mum emittat: non. n. possunt interendo morari: ne humi-
 dum defluat in uentres: propterea omnes ad iteratam di-
 uisionem & acuti & multi & multes in locis sunt: ut pro-
 terendo in multa diuidant. aduici et: quia omnes per
 hoc vires sunt illis. De natura & causa oculi. c. 11.

Naturam aut oculi habent animalia tum istos operis
 gratia: tum respiciationis: cumq; respiciunt & de foris fri-
 gescent: natura. n. ipsi omnibus omnium partibus per se ipsam

 acuti sunt ut dividere cibum possint: male tamen id faci-
 unt: immorari .n. hac in re non possunt: prope nec lacus ha-
 bent: nam cum masticandi sibi tempus non datur in cassum
 haberent: ad hec alij stomachum nequaquam habent: alij pro-
 vum sed ad facultatem digerendi: nonnulli ventres avibus
 vni similitere: habent & carnes sicut mugilis: multi ad
 ventrem appendices spissas habent: ut in istis tanquam in pre-
 positas lacubus reconditum cibum de quo quant acque digerunt.
 contrario autem piscis modo has appendices habent quod aves .n.
 pisces suosum infra ventrem: aves autem quibus appendices sunt
 infra iuxta finem intestini: nonnulla et eorum que animal
 parvum intestinales appendices habent infra pro eandem cau-
 sam. sed uniuersum piscium genus quoniam ad digerendum ci-
 bum deficit (crudior .n. descendit) cibi vomit atque quosdam
 aliorum quoque omnia que intestinorum rectorum sunt: nam

cum cito cibis descendat atq; ideo brevis utilitas fiat necessariū est: ut cito rursus cupiditas renouetur. Vtrinq; uero denticulata paruū habent uentrem ut dictum ē: sed in duas fere differentias uentres eorum omniū incidunt: alia .n. canis: alia suis uentri similem habent: est autē suis uenter maior habetq; mediocres latitudine appendices: ut longiori tempore digestio fiat: canis uero magnitudine paruus: nec ualde intestinum excedens & lenis intus. *De intestinis*

Post uentrem intestinorum natura in omnibus animalibus sita ē: habetq; particula hec multas differentias: sicut & uentres: quibusdam .n. simplex ē & similis dum resoluuntur: quibusdam dissimiles: in nonnullis iuxta uentrem latior: iuxta exitum uero angustior: quapp cum labore canes hanc superfluitatem eiciunt: pinguis contra: supra qdē angustior: iuxta exitum uero latior: maior autē cornigerorum est: replicationesq; habet multas: uentres quoq; ac intestinorum capacitas maior in his est pp magnitudinem: cuncta .n. cornigeri ut breuiter dicam, pp confectionem cibi magna sunt: omnibus autē que intestina rectorum non sunt: latior hec particula est: habentq; quod uocatur colum & intestini cecum quiddam atq; tumens: deinde rursus ex hoc angustius & reuolutum: & post hoc rectum quod ad exitum superfluitatis protenditur: & in alijs quidem hec particula que uocatur percanarius pinguis est: in alijs pinguedine caret. hec autē omnia excogitata nature sunt ad congruentē cibo superfluitatē: facte digestionem: dum .n. progrediatur descendatq; superfluitas latitudo fit: ut motum ibi turbans transmittatur in succos animalibus & alimento pluri pp magnitudinem aut locorum caliditatem: indigentibus deinde rursus hunc quemadmodum a superiore uentre angustius recipit intestinum sic ex colo & ex latitudine in superiori uentre rursus in angustius ac reuolutum superfluitas ualde desiccata deuenit: ut natura retineat: nec superfluitatis cgressus subito accidat. quecumq; igitur animalium continentiora oportet esse ad abunū latitudines

plures in inferiori ventre non habent: reuolutiones autem habent
 plures & recti sunt intestini: latitudo. n. multitudinis facit capi-
 ditatem: rectitudo uero cupiditatis uelocitatem. quapp que
 animalia simplicia receptacula habent in uelocitatem que la-
 ta in multitudinem gastrimarga sunt. Verum qm̄ in superi-
 ori uentre in primo alimenti ingressu recens necesse est alimen-
 tum esse: dum uero inferius descendit stercorem & defeca-
 tum necesse est intermedium et esse quoddam in quo
 nec recens nec adhuc stercus transmittetur. propterea antea
 huiusmodi animalia id habent quod ieiunium uocatur
 & in eo quod post uentrem tenue intestinum est: id. n. e-
 rit inter superiorem in quo indigestum & inferiorem in quo
 inutilis superfluitas est. et est quidem in omnibus: in ma-
 ioribus autem manifestum est fit & ieiunantibus non in his
 que comederunt: tunc. n. intermedium utroque loco
 fit: nam in his que comederunt breue mutationis tempus
 est. In feminis igitur ieiunium in superiore intestino ubi-
 cumq; acciderit fit: maref autem ante cecum intestinum
 uentremq; inferiorem id habent. habent autem quod uocatur
 coagulum omnia que multiuentria sunt: ex uiuentri-
 bus uero dissipus. multiuentria igitur que coagulum hnt
 nec in magno uentre nec in reticulo nec in ultimo poma-
 sto sed in medio habent inter ultimum & duos primos in
 eo qui omasum uocatur: hec omnia coagulum pp lactis
 coassationem habent: uniuentria uero non habent: quonia
 tenue lac eorum est: pp ea cornigerorum lac gelat: cornibus
 uero carentium non gelat. In dissipode autem coagulum
 fit: quia succosam herbam depascit cuius sapore in
 embriorem uentre lac coit. Cui autem in omaso multi-
 uentrium coagulum fiat in problematibus dictum est.

Liber quartus de partibus animalium incipit

E

De Interioribus Serpentum similiumq; . C. 1.
 Odam autem modo uiscera & uentre & dictarum
 partium singule se habent in quadrupedibus

oua parientibus & in ijs que pedibus carent: natura
 .n. secundum petum cognata huius est: similis .n. est longe late
 te pedibus carenti: istis autem & pisibus omnia fere similia
 sunt: nisi quod illi pulmonem habent: pisces uero non: sed
 branchias pro pulmone: uesciam uero nec pisces nec ullum
 illorem habent preter testudinem: nuntatur .n. in cortice
 humidum cum parum bibant: quia pulmo sanguine ca
 reat sicut anibus impennis. superfluitas et in istis omnibus
 albicat: sicut & in anibus. propterea in habentibus uesciam
 cum superfluitas exierit terrea in uasis salsedo fit: dulce
 .n. atque potabile propter leuitatem in carnes consumitur. Superce
 uero ad alios serpentes eam habent differentiam quam pi
 sces cartilaginei ad alios hinc: animal .n. fere & cartilaginei
 & uiperce pariunt cum in ipsis primo oua pepererint:
 talia uero cuncta sicut & cetrea utrinque: dentata unius
 sunt uentris: licnem quoque penitus paruum habent: si
 cut cetrea quibus uescia non est. Serpentes autem propter forma
 corporis que angusta & longa est: uiscerum quoque fi
 guras prelongas & ceterum animalium dissimiles habet
 quasi .n. in forma eorum figure ad locum formate sunt. o
 mentum autem & medium intestinum: queque in natura in
 testinorum sunt. Preterea cor & diazoma cuncta habent ani
 malia que sanguine non carent: pulmonem et arte
 riam cuncta preter pisces: arterie quoque atque ophagi
 omnia locationem similem habent: que habent propter causas
 iam pridem dictas.

De felle

Fel quoque plurima animalium que sanguine non
 carent: alia in iecinore: alia in intestinis dependens
 habent quasi non minus ex inferiori uentre natura
 ipsius fit: quod maxime in pisibus patet: isti .n. omnes
 habent: & multum ad intestina: nonnullis autem per totum
 intestinum annectitur ueluti amie & plurimis serpentum
 eodem modo. quare qui dicunt felle naturam sensus esse
 cuiusdam gratia non recte dicunt: asserunt .n. fel ideo
 esse: ut particulam anime que in iecinore est mordens

concitetur & solutus propriam faciat. quedam .n. fel om̄io nō hnt
 ut equus: mulus: asinus: cervus hirculus nec camelus fel
 habet separatim sed uenas felleas magis: nec maxinus vi
 tulus fel habet: nec ex maxinis delphinus. Preterea in eis
 generibus quedam habere: quedam non habere uidentur
 ut in genere murium atq; hominum: aliqui .n. fel in re
 cinore habere cernuntur: aliqui non: idcirco ambigui
 tas de toto genere accidit: nam qui forte alterutrum ui
 derunt & ij omnes existimant sic rem se habere ut ipsi ui
 derunt: id ipm̄ et omnibus capris q; accidit: plurima .n.
 horum fel habent: sed alibi quidem tantum ut excoſſue
 loco prodigij habeatur sicut in narxo. alibi uero nō hnt
 ut in cubora calide in quodam eius regionis loco. ad hec
 ut dictum est fel pistrum a recinore multum remotū est.
 non recte et anaxagorici uidentur existimare q; acuta
 causa egritudinum sit: cum excedens ad pulmonem & ue
 nas & costas defluat: nam fere quibus he passionis egrita
 tionum accidunt: ea fel non habent: quod in anaxagorice
 apertissime factum est: deinde multitudo ea que in apoſtema
 tibus colligitur ei que defluit: sed sicut bilis que in reliq;
 gungitur corpore superfluitas quedam uidetur: aut hque
 factum quoddam esse uidetur: sic & que in recinore est nō
 alicuius gratia: sed superfluitas est: quemadmodum ea
 hypobasis que in uentre atq; intestinis ē: utique tamen
 natura ē nōnunq; superfluitatib; ad utilitatem: nec in
 idcirco queere oportet in omnibus gratia cui: sed qualia
 ista sint: & q; p̄ hec multa alia ex necessitate accidunt.
 In quibus igitur recinore compacto sania est & naxum san
 guinis que in id segregatur dulcis: ea uel penitus uel in
 recinore non habent: uel in quibusdam uenulis: uel alia
 sic: alia non. Idcirco recinora felle carentium boni colo
 ris & dulcia ut uniuersaliter dictum sunt: fel ē habentem
 ea recinore particula que sub felle est dulcissima ē: que
 uero ex minus puro sanguine constituntur: in eis super
 fluitas facta fel est: superfluitas enī alimento cotinuum

esse debet & dulci amarum: & dulcis ac suavis sanguis amaro
 et egrotanti. patet igitur quia non alicuius gratia sed purga-
 mentum fel est. Propterea pulcherrime pristorum aliqui dice-
 bant longe vite causam animalibus esse & fel non habeant
 respiciant. s. ad monungula & ad ceruos: hec. n. fel no hnt.
 & longo tempore uiuunt: rationale namq. est: ad hoc que
 ab ipsis carece felle perspecta non sunt sicut camelus atq. del-
 phinus longiori tempore uiuunt: rationale namq. e natura
 iocinoris cum principalis & necessaria sit causam esse anima-
 libus sanguinem habentibus cum qualis quedam sit breuicis
 ac longioris uite: & aut superfluitas huius uisceris talis fit: ce-
 teros uero nullius secundum rationem est: nullum. n. hui-
 modi humorem cordi appropinquare possibile cum nullam
 passionem uolentiam suscipiat. aliorum uero uiscerum nullu
 preter icore necessarium animalibus est: absurdum aut e
 ubicumq. quis pituitam uel hypobisim non puerare uiderit
 uentris superfluitatem id esse. similiter certe bilis q. non. n.
 loco differentiam habet. Verum de felle quade causa queda
 habeant: quedam non habeant dictum est. De mesenterio. i. intestino

Restat ut de medio intestino & de omento dicamus. medio u. uentris. c. 111.
 hec. n. in hoc loco & cum ipsis paribus sunt. omentum
 igitur membrana est adiposa in adipos: fenacea in fenaceis: quid
 aut utrumq. istorum est iam pridem diximus. Omenti aut
 initium tam in unius uentris q. in multorum animalibus: in
 est. n. e. in uentre sicut & in corde futura quedam a medio e
 uentre ubi quasi futura describitur: continet aut reliquum
 uentris & intestinorum multitudinem in sanguinem habenti-
 bus: similiter tam terrestribus q. aquatilibus. generatio igitur
 huius particule accidit ex necessitate: nam cum sicca humi-
 daq. mixtura calefiat: semper quod extremum e quasi-
 pellicula & membrana fit: locus aut iste huiusmodi alimento re-
 fectus est: accidit & propter membrane spissitudinem necesse
 est esse pingue: quod a sanguine alimento colatur: tenuis-
 simum. n. hoc est & condigestum & pp loci caliditatem pro car-
 nea & sanguinea compactione adipem aut sagina fieri: o-

omenti ergo generatio hac ratione accidit: ab utraque autem co-
 natura ad album digerendum: ut facilius atque citius digeratur
 calidum. n. digestivum est: pingue vero calidum: omentum
 autem pingue est: & ideo a medio ventre incipit: quoniam pars al-
 tera vicinioris propinquitate condigerit: hoc de omento. quod
 autem medium dicitur intestinum membrana est que continua
 defertur ab intestino extensione usque ad magnam venam & aor-
 tem multis spissisq; venis repleta que ab intestinis ad magnam
 venam & aortam protenduntur. huius generationem ex neces-
 sario fieri similiter ut alias partes inveniemus: quia vero de ea
 in sanguinem habentibus est: considerandum manifestum est.
 nam quoniam necesse est animalibus de foris cibum acquirere: & ene-
 sus ex isto alimentum fieri: ultimum ex quo iam distribuantur
 in partes: quod in carentibus sanguine inominatum est in habentibus
 sanguis vocatur: oportet esse quiddam profecto per quod exen-
 tre in aenas quasi per radices alimentum progrediatur: plantis igitur
 in terram radices iacent: inde namque alimentum accipiunt.
 animalibus vero ventres & intestinoz virtus terra est: unde
 alimentum oportet accipere. Idcirco medijs intestini natura
 quasi radices eas venas habet que per ipsam sunt: sed cuius gratia
 medium intestinum est diximus. quomodo autem accipit ali-
 mentum & quomodo per venas quod per eas in partes distri-
 buitur ab ingresso cibo pertransit in negotio de generatione ani-
 malium & nutrimento dicitur in sanguinem habentibus pro-
 de quibus determinamus se habere & quibus de causis dic-
 tum est. Consequens autem & reliquum ex dictis est: ut de his di-
 camus que ad generationem conducunt: quibus a Masaulo se-
 mina dicitur. Verum quoniam de generatione dicendum est: con-
 gruentius est de isto in principio negotij illius dicere.

De Interioribus mollium atque crustatorum

De vero mollia crustataque appellantur magnam ad hoc
 habent differentiam: nam statim in universam viscerum
 naturam non habent: similiter nec ullum alioz carentium
 sanguine: quorum sunt reliqua genera duo: testacea & insecta:
 ta: nullum. n. horum ex hoc natura viscerum constat sanguinem.

habet: passio. n. talis quaedam substantia ipsa est: nam quod
 sanguinem habeant: alia careant merito in ratione profecto qua
 substantia eorum diffinitur. propterea quorum gratia sanguinem
 habentibus viscera sunt: quorum nihil in exitu istis: nec. n. uenas
 nec uescam habet neq; respiciant. sed solummodo necesse est
 quod habeant quod cordi proportionale sit: anime namq; sensi
 tium & quod uitae causa est principium quoddam partium
 corporis in omnibus animalibus est: partes uero ad cibum neces
 sario haec omnia et habent: sed modi differunt pp loca in qbus
 cibum assumunt: mollia igitur preter id quod os in eis uocat
 dentes habent duos: & in ore pro lingua carneum quiddam
 quo esculentorum indicant uoluptatem: similiter testacea quoq;
 hanc particulam habent ea de causa qua sanguinea pp sensu
 uidelicet abi: eodem modo et insecta quaedam promiscidam
 exantem ab ore habent sicut apum genus atq; muscarum
 ut pridem dictum est. quodam que aculeum in alio oribus
 non habent in ore hanc particulam habent: ut formicarum
 genus & siquid tale aliud e: dentes aut alia horum habent.
 quavis alterius modi: sicut apum muscarumq; genus: alia
 non habent quocunq; humido cibo utantur: multa. n. ex in
 sectis non alimenta sed uivium gratia dentes habent: testace
 oris uero aliaq; sicut in primis formicibus dictum e: eorumque
 lingua uocatur diuina habent. ceteri uero dentes et duos
 sicut crustacea: post os autem longus stomachus in mollibus e
 que sequitur uescula qualis auium: deinde uenter con
 tinuus quem sequitur duplex intestinum usq; in exitum.
 Sepijs igitur & polipis uenter & que circa uentrem sunt & tac
 tu & figuris similia sunt. In ijs uero que uocantur lollipines
 duo similiter uentralia receptacula sunt: quorum alterum mi
 rans e uescula & figuris: ab illis ideo differunt: qm totum
 et corpus ex carne constat molliore. has partes eadem de
 causa hoc modo habent: sicut et auis: nihil. n. istorum cibum
 trahere potest: idcirco ante uentrem uescula est: ad opem
 autem & salutem attrahentium haec habent in annexa tui
 ca membrana: que terminum atq; exitum habet: qua

superfluitatem ventris emittunt in ea parte que uocatur fistula
 que insupinis est: hanc particulam omnia mollia propria hnt
 maxime uero sepiæ & plurimam. quomodo igitur extime
 sunt quasi nullum ante corpus turbulorum huius humidæ
 nigredinem proiciunt. polipi ergo atq; loliginæ atramentum
 superius habent apud mytidem magis: sepiæ uero aduentus
 infra: plus. n. habet: quia ipso magis utitur: quod ei accidit
 quia cum horalis uita eius sit: non habet aliam opem sicut
 polipus plebsanq; utiles habet: & coloris mutationem quæ illis
 propter formidinem sicut & atramenti emissio accidit. Loligo
 autem pelagicam solum istos est: plus igitur atramenti sepiæ
 habet: infra uero quia plus: sic. n. facile longeq; a pluri emit
 titur: sit autem atramentum sicut alba hypostasis ambus in
 superfluitatibus terrestribus: sic & in istis atramentum: & quoniam
 hec uesicam non habent: quod maxime terreum est in illis
 segregatur: & in sepiæ plurimum. quia terreum plurimum
 habet: cuius signum sequimur eius est tale tantumq; id polipus
 quidem non habet. loliginæ uero cartilagineum atq; tenue
 habent. qua uero de causa quedam habent: quedam nō
 & quid istorum habeat utrumq; dictum est. cum autem si
 ne sanguine sint & ppa frigida timidaq; sicut nonnullis
 si pertinuerint uentris tuebatur: nonnullis uesice superfluitas
 fluit. ita istis ex necessitate accidit pp metum eūtes ut
 huius uesica que mingunt: natura uero huiusmodi super
 fluitate ad opem & salutem ipsos abusa est. crustata autem
 & locustiformia & cancei primos duos hnt dentes & inter eos
 linguiformem carnem ut iam pridem dictum est: statim
 uero ad os stomachum habent angustum pro magnitudine
 corporis que maiora sunt ad minora. stomacho autem uentris
 coniungitur: in quo locuste canceosq; nonnulli quoniam
 superiores sufficienter non diuiduntur: alios dentes habent
 & a uentris simplex intestinum recte usq; ad egressum super
 fluitatis porrectum. testacea et huiusmodi partes alia magis
 articulata: alia minus habent: quarum singule manifeste
 res in maioribus sunt. coeli ergo & dentes acutos atq; pre

duros ut dictum est habent: & carneum quod interacet
 mollebus & crustatis similiter & promiscidem ut dictum e
 mediam inter aoidem & linguam: post os aut statim qu
 amif uesicula quedam consequitur: cui postea stomachus aduen
 gitur & stomacho uentre in quo mecon est: a qua intestinu
 continuum simplex a mecone habens initium: ferè. n. in
 omnibus testaceis hoc superfluitas est: que maxime sculea
 ta e uidetur: similiter aut coelo: cetera e Strombifera
 se habent sicut purpuree atq; buccina: multa uero genera
 testaceorum sunt: nam alia Strombifera sunt sicut que modo
 diximus: alia bithyra: alia monochyra: quauis e Strombi
 fera bithyra quodammodo uideantur: operculum. n. sup
 patentem carnem habent omnia: talia uero amicta congeni
 ta habent, sicut purpuree, buccina, norine: uniuersumq; ge
 nus huiusmodi ad nupelium: qua. n. testa non protegit: ex ea
 parte ab occurrentibus de foris facile ladi possunt: sed mono
 thyra quidem quoniam affiguntur: ideo saluantur qd testem in
 dorso habeant: fueruntq; alieno tegmine modo quodam bithy
 ra sicut que patelle uocantur: bithyra uero ueluti pectun
 cali & muricef eo qd concludantur: sed Strombiformia
 operculo illo quasi bithyra fuerunt ex monochyris. echinus
 aut maxime omnium munimentum habet: contexta. n.
 testa & spinis uallata circumdatue: inter alia testacea propus
 est ut superioribus diximus: natura uero testaceorum atq; r
 crustatorum ad naturam mollium opposita e: his. n. carneu
 foris est: ut illis carneum quidem intus: terreum autem
 foris: quauis echinus nihil carneum habeat. omnia igitur
 sicut dictum e cetera e testacea os & linguiforme quoddam
 atq; uentrem habent & unde superfluita egreditur: sed sicut
 & magnitudine differunt: quodo aut singula hec se habeat
 partim ex historijs animalium: partim & maxime ab
 anathomijs perspicientur: alia. n. ratione: alia uisu ex
 istis manifesta sunt magis. De Echinox partibus. c. v.

Verum echini & eorum genus que tethia uocantur pro
 pria quedam habent: nam echinis quinq; dentes sunt

& inter eos carneum quod in omnibus dictis est: ad quod
 statim sequitur stomachus & ad stomachum ventres in multa
 diuisus quasi multos animal hoc ventres habeat: separata
 .n. sunt & superfluitate repleti: dependent aut ab uno stoma-
 cho & ad unum egressum superfluitatis terminantur: in
 ventre aut nihil carneum est ut diximus: sed ea quae oua
 uocantur numero plura & singula in membranula seor-
 sum habent: & ab ore in circuitu nigra quaedam fusim dispa-
 que in nominata sunt. Cum uero plura genera sint: non e-
 .n. omnium echinorū species una: omnibus quidem haec partes
 sunt: sed non habent esculenta quae oua uocantur & omnia
 parua praeter supernatantes: quod uniuersaliter in omnibus
 testacis accidit: non .n. similiter omnium carnes esculen-
 te sunt: & superfluitas quae uocatur mecon aliorum
 esculenta est: alioquin minime. haec Strombi formibus in spin-
 est. monothycis uero in fundo: sicut patellis. bithycis aut
 in contactu: quod uero ouum appellatur in dexteis: in
 altera uero parte superfluitatis egressus in bithycis e-
 recte aut ouum istud uocatur: id .n. est: ut sanguinem
 habentibus pinguedo: quando bone habitudinis sunt. In
 uero dico atq; autumno: nam in frigore atq; calore te-
 stacea cuncta laborant: & excessus ferre non possunt:
 cuius rei signum est, quod echinis accidit: mox .n. geni-
 ti habent & in plenitudine multo magis: non eo qd magis
 pascantur ut quidam arbitrantur: sed quia noctes pp
 lunarem hancem calidiores sunt: nam cum sine sanguine
 sint: magisq; ideo frigus timeant calore sibi opus est: ppa
 ubiq; in estate meliores habitudinis sunt: praeterq; in pyre-
 no euuipo: illi .n. non minus hyeme cuius causa e: quia
 maiorem tunc sibi abundantiam habent: cum a. pistib
 tempore hyemis loca illa deserantur: omnes aut echini e-
 qualia numero habeat oua & imparia omnes: quinq; .n.
 habent: dentes eē totidem atq; ventres. causa uero e: qd
 ouum ut iam dictum e non est ouum: sed bona animalis
 habitudine pinguit: & id in altera ostreorū parte tantum

quod ovum vocatur: hoc aut ipm et in echinis est: qm ipse
 echinus globosus e: nec quemadmodum in alijs ostreis unius est
 corporis circulus: nec hac quidem talis: hac vero non talis: sed
 ubiq: similis: necesse e ovum quoq: globosum atq: sphericum habet
 non. n. in alijs est id quod circulo dissimile sit: omnibus. n.
 his caput in medio est: quod vero superm est hoc talis particula
 e: sed nec continuum ovum hoc esse possibile e: nam nec in
 alijs sed ad alteram circuli partem solummodo: necesse igitur est:
 qm hoc omnibus his comune e: illi vero proprium ut spe-
 ricum habeat corpus: paria ova non esse: essent. n. per dia-
 metrum: quia similiter se habere oportet quod hinc & quod
 inde si paria essent aut per diametrum: hoc vero nec in
 alijs ostreis erit: cum haec particula ostreis & pectunculis ad
 alteram circumferentiae partem sit: necesse igitur est tria vel
 quinq: aut secundum aliquem imparem numerum esse: si
 ergo tria essent longe valde distarent: sin plura q: quinq:
 ovum continuum esset: quorum alterum non melius: al-
 terum non possibile: quare necesse est quinq: ipsa ova ha-
 bere: eadem de causa ventos et in tot stissus est: & tanta
 multitudo dentium e. vtrumquodq: ovum cum quasi cor-
 pus animalis sit ad modum vite similem habeat necessarium
 est: hinc. n. incrementum est: nam si unus esset aut longe
 abesset: aut uniuersam capacitatem contineret: via &
 difficile mobilis echinus esset & alimento non repletur.
 cum igitur quinq: intestina sint: necesse e cum ad singula
 sit quinq: partes distinguere. hac de causa tanta et est dentium
 multitudo: sic. n. natura simile dictis distribuisse inueniet
 partem: cur igitur imparia & tot numero ova echinus
 habeat dictum est: cur aut alijs per ova omnia alijs magis
 na sint causa est: quia calidiores isti natura sunt: ca-
 liditas. n. magis potest alimentum digerere: propterea qui
 esculenti non sunt: superfluitate referti sunt: mobiliores
 et hos nature caliditas reddat: ut pascantur & fixi no
 maneat: cuius rei signum e: quia semper iste habeant
 aliquid in spiritibus: quasi crebrius moueantur: utitur. n.

spiritus ut pedibus. De partibus spongiarum thethiorum ceterarumque huiusmodi. c. vi.

Tethya uero paululum a plantis natura differunt: animaliora tamen quam spongiae sunt. iste namque omnis plantarum uirtutem habent. natura. n. ab inanimatis ad animalia continue per ea que uiuunt: nec tamen animalia sunt: sic transit: ut parum omnino alterum ab altero que propinqua sunt differre uidentur. Spongia igitur ut dictum est affixa solum uiuit: soluta uero non uiuit: itaque plantis penitus similis est: que autem tethyria uocantur & pulmones ceteraque huiusmodi marina parum ab alijs differunt quoniam soluantur: sensum. n. nullum habent & tamen uiuunt quasi plantae solute sint: sunt autem et in terrestribus plantis alia que & uiuunt & geruntur: quaedam in alijs plantis: quaedam et absoluta: sicut quod in praenoso inuenitur & uocatur a quibusdam superlapideum: id. n. ex clauo suspensum multo tempore uiuit: sunt autem et tethya & siquid aliud huiusmodi genus media eo igitur. n. si affixa uiuunt plantae fere similia sunt: eo uero si carneo quiddam habent: sensum aliquem habere uidentur: quae incertum sit: utrum in parte ponenda sint. habent autem haec animalia duos poros & unam diuisionem: qua humiditatem ad alimentam recipiunt: & qua superfluitatem humiditatis transmittunt: nullam. n. superfluitatem manifeste habent sicuti alia testacea: quae & haec ceteraque huiusmodi animalia uegetantia merito uocari possunt: nullam. n. plantarum superfluitatem habet: per medium uero tenuis diuisionem: in quo rationabiliter principium uitae est: quas uero uicinas appellant non sunt testacea sed exadmit a praedictis generibus est autem id medium inter plantam & animal: nam eo que soluantur & ad abum nonnullae ipsae incidant: sentiantque in quod incidunt animalia sunt. praeterea asperitate corporis ad salutem utuntur: si uero imperfecte sint & uoluciter lapidibus affiguntur nullamque superfluitatem habent manifestam: plantarum generi simillime: os et habens huiusmodi simillimum stellae generis est: nam et id non incidit

multa ostreorum desugit: e solita et animalibus dactis sicut mol
 lia & crustata & testacea similiter. partes igitur que ad alimentum
 omnibus esse necesse e dicto modo se habent. De particula ostreorum
 oportet aut cum sanguinem habentia manifeste principalem
 sensu in partem habeant proportionalem quandam in istis ee
 particulam: hanc. n. oportet in omnibus animalibus ee. e autem
 in mollibus quidem in membrana sita & humida per quam ad
 ueracem stomacho tendit. hec affixa magis ad dorsum e & my
 tidam nonnulli appellant: huiusmodi quedam crustata e & mict
 & uocatur similiter mytida: & est humida simul & carnea: ten
 ditur aut per ipsam medium stomachus ut dictum e: qm si inter
 hanc & dorsum esset non posset similiter pp dorsum dicitur
 cum cibis ingreditur ceteri: ad mytidam uero intestinum
 deorsum e: & adamentum in intestino: ut ex q plurimum ab
 ingressu distat & ignobile longe a nobis & a principio abro: q
 uero hec particula cordi proportionalis ut locus ipse significat
 hinc. n. idem e: dulcedo ee humiditas quasi digesta sit atq:
 sanguinea: intesticis aut eodem quidem modo sensus prin
 cipium se habet sed iniq: manifestum e. oportet tamen semper
 hoc principium iuxta medium quereere. Inueniq: igitur fixa
 sunt: in his inter particulam qua cibis recipitur & ea qua ul
 spermatis uel spermatis emissio fit: que uero gressibilia sunt
 in dexteror & sinistror & q: medio. In insectis aut huius particule
 principium ut in superioribus dictum e inter caput & uentris
 capacitatem e. hec in multis una e: in nonnullis uero plures
 sicut in solo penduinis a longis: idcirco in asa diuisaq: uiuit
 natura. n. unam in omnibus solum hanc facere debet: cumq:
 possit unam tantum non facit: cum uero non possit plures
 quod manifestum in alijs magis q: in alijs est: partes autem
 que ad alimentum conferunt non similiter omnibus sunt
 sed differentia habent multam. Intra oo. n. non mollis est
 qui aculeus uocatur: est aut quasi compositus lingue la
 bioz & q: simul uirtutem habens: que uero anteriori aculeum
 non habent: his huiusmodi sensus organum intra dentes est
 cui statim adiungitur rectum & simplex intestinum usq:

atq: similia que
 cordi yportionada. c. viij.

ad superfluitatis egressum: in quibusdam aut hoc involuti
onem habet: alia ventrem post os & a ventre intestinum in
uolutum: ut que uocantur & maiora natura sunt: plures
cibi receptaculum habeant. De cicadis

Cicada uero cicadae propria in istis hē natura: eadē. n. c. viij
Opore & linguam habet coniunctam per quam quasi p
radicem alimentis ab humidis recipit: omnia igr insecta pau
cissimi abi sunt non minus pp paruitatem q pp frigiditate.
calidum. n. nutrimento eget & cito id digerit: frigidum
inmutabile est: sed maxime cicadae genus: sufficiens. n.
nutrimentum corpori ē. humiditas que a corpore remanet
quemadmodum effimeris animalibz que in ponto gignunt.
hec aut unius diei tempus uiuant: illa diez plurimz quis
paucorū. Serum qm de interioribus animalium partibz
diximus: rursus ad reliquas exteriores redeundum inci
endumq: ab his quas modo exposuimus: sed non ab illis
quas pretermisimus: ut ab istis que motum imperfecta sangui
nemq: habentibus minorem faciunt magis sermo exercitatus
progreduatur. De Insectorū partibus extrinsecis. C. viij.

Insecta igitur animalia non sunt multarū partium uita.
habent tamen inter se differentias: nam cum multorū oia
pedum sint: qm pp tarditatem frigiditatemq: nature multi
tudo pedum expeditiorem motum in ipis facit: maxime
multorū sunt que maxime frigida pp longitudinem sūt
sicut scolopendrorū genus. preterea qm plura eis principia sūt
ideo & uisiones sunt: & multorū pp hec pedum sunt: que
uero multos pedes non habent: hec aduersus hunc pedum
defectum uolatilia sunt: ipsorū aut uolatiliū quibuscuq;
uita pastoralis est & pp cibum eis migrae necessarium. Ito
perme sunt quatuor: hec molem leuam habent corporis
sicut apes & genera his cognata: duas. n. aduersarū: cor
poris partem permas habent: que aut istorū parua sunt
bipennia sunt: sicut genus muscarū: que uero breuis sunt
uite nec fixate migrant: sed stant: multarū quidem sicut
apes permas sunt: sed operculum permas habent sicut

Melolonthe.

Melolanthæ & cetera insectorum huiusmodi: ut uirtutem
 permixtam conseruent: nam cum tardiora sint facilius q̄
 uelociora leduntur: p̄ea tegumentum pennaep̄ habent
 est aut̄ penna in his non fassa nec collum habens: nec
 .n. penna est, sed pellicea membrana: que p̄ siccitatem
 ex necessitate a corpore ipsorum separatur: carnes frigidato.
 Insecta igit̄ p̄ dictas causas sunt & ut impassibiliter flexa
 saluentur: inuoluntur: .n. ex eis que longitudine hnt.
 quod non fieret si insecta non essent: que aut̄ non ita in
 uoluntur ea durestant magis incontracta: quod tungen̄ in suris
 tibus patet: sicut in ijs quos scabiosos uocamus: nam
 cum pertinaciter immobiles fuerit & corpus eorum durum
 effiat. est aut̄ necessarium ipsis: ut insecta sint: .n. est
 .n. in substantia ipsorum ut habeant multa principia. & hæc
 ratione plantis similia sunt: sicut .n. plantæ: ita & hæc
 diuisa uiuere possunt: sed hæc quidem usq; ad aliquid
 plantæ uero perfecte quoq; natura fiunt: & due ex una
 pluresq; numero. habent aut̄ insectorum non nulla etiam
 aculeos ad opem: qui quibusdam anterioribus in lingua e:
 quibusdam posterioribus in cauda: nam quemadmodum ele
 phantis olfactus organum & ad uires & ad cibi usum utile
 est: sic nonnullis insectorum: quod pro lingua ordinatum e:
 hoc .n. cibum sentiunt: hoc assumunt sicutq; aduocant: que
 autem aculeum anterioribus non habent: hijs dentes sunt: alijs
 mandentibus: alijs capiendi aduocandiq; cibi gratia: sicut for
 micæ apumq; genus uniuersum: quibus uero poste
 rius spiritum est: qm̄ in cauda sunt loco armorum illa
 habent: aculeus igitur alijs in se ipsis e sicut apibus atq;
 uespis: nam cum uolantia sint atq; tenuia: aculeosq; te
 nues habeant facile corrumpentur si foris essent: omnes
 et afferebant: siue scorpionibus distarent: scorpionibus uo
 cum gressibiles sint & caudam habeant: opus est ut in hac
 spiritum habeant: aliter utilis ad se defensionem non esset.
 bipenne aut̄ nullum est aculeatum posterioribus: bipennia .n.
 sunt: quoniam parua & imbecilla sunt: parua uero etiam

uolunt
 um in
 plures
 .c. viij.
 adē .n.
 uasi p
 eta pau
 gchitate.
 idum
 iens .n.
 remanet
 gnigunt.
 rim q̄nis
 parib;
 in inci
 ab illis
 a sangu
 cerantur
 .c. viij.
 tum udo.
 ulcor p̄da
 re multi
 maxime
 nem snt
 inapra st
 mt: que
 pedum
 ulbuscuq;
 rium: ijs
 rporis
 ang: cor
 rad sunt
 reuis sunt
 em sicut
 nt sicut

Melolanthæ:

a minore pennarū nūo extolli possunt: pp hoc autē ipm spūa
 lum ē sibi antērius est: nam cum imbecilla sint: vix ante
 per antēriores possunt ferire: multipennia vero qm̄ maiora
 natura sunt: plures pennas consecuta sunt & in posteriori
 parte vires habent: melius autē est cum possibile sit nō
 habere idem organum ad dissimiles usus: sed defensorium
 quidem acutissimum: lingue vero spongiosum atq; attracti-
 uum abi: nam ubi possibile sit duobus ad duo uti opera
 nec alterum alteri esse impedimento: non solet natura unū
 facere: sicut heraxius faber ex paupertate obestromdela
 beum: ubi tamen possibile non sit: ad plura eodem abutit
 opera. nulla vero istorum antēriores pedes habent maio-
 res: ut cum durus sit oculus nec probe videant: antēriorib;
 occurrentia pedibus depellunt: quod & musce facere cernun-
 tur & apes ac ei similia: semper .n. antērioribus pedibus perficiat:
 posteriores autē medijs maiores habent cum pp̄ gressum: cum etiā
 ut facilius a terra in volatum tollantur: quod manifestius fa-
 ciunt que saltatoria sunt sicut locuste genusq; culicium: nam
 si contractos rursus extendunt: tolli sursum a terra necesse
 est. locuste autē non intērioribus: sed in posteriori solū nō
 saltatorios habent: flexum .n. ad intēriora esse necesse est: ex
 ex antērioribus vero pedibus nullus huiusmodi ē: omnia
 vero talia unicum saltatorijs partibus sex pedum sunt.

De partibus extrinsecis ostracorū crustaceorūq; C. 19.
Testaceorū vero corpus non est multarū partium. huius
 causa est: qm̄ fixam naturam habent: progressiva .n. ani-
 malium: qm̄ operationes habent plurimum esse partium ne-
 cessarium est: nam que plures motus habent: ea pluribus
 indigent organis. horum vero alia nullo modo progrediunt
 alia paruo motu partiapant: Verum ad salutem istorum
 natura testaceorū duntaxat adhaeris. sunt autē quedam
 monothyrā ex ipso: quedam bithyrā: quedā strombiformia
 ut prius dictum est: & horum alia spinam habent ut lucina:
 alia globosa tantum sunt: sicut echinorū genus & bithyrorū:
 alia sunt aperibilia ut pectunculū & muretes: ad alteram .n.

partem conclusa sunt: alia utriusque concluduntur ut tibi
 aerum genus: cuncta uero testacea sunt sicut & plante caput
 habent inferius: cuius causa est: quia nutrimentum inferius
 sumunt sicut plante radicibus. quare accidit eis: ut infe-
 riora superius habeant: superiora uero inferius. sunt aut
 in membrana per quam potabili colata aqua nutrimentum
 accipiunt: & cuncta quidem caput habent. Corporis uero
 partes preter ceteri receptaculum omnes innominate sunt.
 Crustata uero cuncta gressibilia sunt. prope & pedum multi-
 tudinem habent: sunt aut maxime eorum genera quatuor
 sicut locuste uocantur: astanee: gammari & cancri: quorum
 singula multas continent species non solum forma sed et
 magnitudine multum differentes: alia .n. magna: alia qua
 oratio ex ipso sunt. cancriformia uero atq; gammariformia
 quoniam ultra formas habeant penes similitudinem sunt: que progressu
 gratia eis sunt sed pro manibus ut capiunt & detineant. prope
 in contrariis istas pedibus flectunt: pedes .n. ad circumambulandum.
 illas uero ad circumferentiam flectunt & uolunt. sic .n. ad
 capiendum cibum ad afferendumq; utiles: differunt aut
 quoniam locuste caudam habent: cancri non habent: illis .n. quoniam
 natatiles sunt utilis causa est qua natant quasi lato reme
 subnixae: cancri aut in uicibus cauda esset: quoniam litoralis ui-
 ta eorum est: & quoniam cauernas ingrediuntur: qui uero pelagi-
 ci sunt: ideo pedes multo tunciores ad grassum habent: si-
 cut murex: cancri quoque heracleotici quia motu paucio utuntur
 sed salus eis cruste beneficio ad est. ideo murex quidem tenuis
 pedes habent. heracleotici uero paruos. parui aut cancri
 qui in paruis pisciculis capiuntur, pedes ultimos largos habent
 ut ad natandum quasi pennule aut rem conferant. Gam-
 mari uero & cancriformibus quidem differunt, quoniam cauda
 habeant: a locustiformibus autem quoniam forcipes non habent,
 quas ideo non habent: quia plures eis pedes sunt, quoniam gressi-
 biles magis quam natatiles sunt: partes uero que in superioribus &
 apud caput sunt, quedam ad recipiendum emittendumq;
 aquam branchiformes habent: latiora tamen inferiora femine

pm spua
 x ante
 n maiora
 steriori
 e sit no
 orium
 attracti
 i opera
 tum unu
 comela
 n abutit
 ne mrio
 necioedh
 ve cernun
 perficant:
 tum ead
 festius fa
 m: nam
 a necesse
 i solutio
 esse est: ex
 e: omnia
 sunt.
 C. 19.
 rium. hui
 sina .n. ani
 tum ne
 pluribus
 ingrediunt
 iporum
 quedam
 mbiformia
 ut lucina:
 chthyroes:
 iterum .n.

Locuste q̄ mares habent: & in operculo canci femine villosi
 res q̄ masculi sunt qm̄ ova ille edant sed non longe ut pisces
 & alia parentia: nam cum latiores sint maiorem capaci-
 tem habent ad ova. Locuste igitur & canci omnes dextera
 forapem maiorem fortio remq; habent: dexteri. n. omnia
 magis agere nata sunt: natura vero semper eis que possit
 uti singula aut solum aut magis reddit: ut dentes exortos
 & dentes ipsos cornua spicula om̄esq; alias partes que ad op̄e
 & vires sunt. Astacinet aut̄ s̄m̄modo utrum euenerit
 tam femine q̄ mares maiorem de forapibus habent cau-
 sa nō ut forapes habeant est: quia in genere sunt quod h̄t
 in ordinat̄ aut̄ habet quia deficiunt: nec ad quod apte s̄t
 sed progressus gratia utuntur. per singulas aut̄ partes quis
 eorum situs sit & que differentie inter eas & quo mares a
 feminis differant tum ab anatomis tum ab hystocis anima-
 lum perspicatur.

De mollium partibus extrinsecis

De mollium cetrorumq; animalium interioribus dictum
 superius est: extra vero corporis indeterminatum habet
 truncum & pedes anteriores in capite: circa oculos quidem: sed
 circa os atq; dentes. Cetera igitur animalia que pedes h̄nt
 quedam anteriores: quedam posteriores habent: quedam ex la-
 tere sicut multorum pedum sanguineq; carentia. huic vero
 generi proprium stud̄ e: ut omnes pedes in eo q̄ uacetur an-
 terius habeant: cuius causa e: quia corp̄ anterior ad po-
 sterius collectum e ut in strombiformibus extestaceis: unius
 saliter. n. que testacea sunt aliquid crustatis aliquid mol-
 libus simile habent: nam in quantum terreum q̄dem foris
 carneum aut̄ intus habent cum crustatis: figuram uero corpo-
 ris sui qua constituta sunt cum mollibus conueniunt &
 maxime de strombiformibus que sp̄ram habent: nam
 utrorumq; naturam hoc modo se habet: quemadmodum si q̄
 & rectam lineam intelligeret sicut in gularum pedib; & homi-
 nibus accidit: primum in similitate superiori recte linee
 os ubi a: deinde stomachū ubi. b. postea uentrem ubi. c.

ab hoc autem intestinum usque ad superfuitatis excessum ubi
 d. hic modus est in sanguinem habentibus animalibus: &
 ad hoc caput est & qui uocatur torax. reliquas uero par-
 tes harum quoniam & per motum adiecit natura: ut pedes an-
 teriores atque posteriores hec rectitudo interiorum in crista-
 tis atque infectis eodem se hinc modo nititur: & secundum in-
 exteriorum administrationem motum ab habentibus san-
 guinem differre. ad hoc uero contrarius se modo habent.
 terminus. n. ad principium flectitur, ut si quis rectam lineam
 in qua. e. flectens. d. aduect ad. a. sic. n. postquam nunc in-
 terioribus mollibus quidem truncus circumiacet, qui
 solum in polypis caput uocatur: intesticis uero hic strom-
 bus est: nec in nullo alio differt: nisi quoniam illis molle est quod
 circumiacet: in istis autem ad carneum naturam durum uirum
 posuit: ut per difficultatem in otus saluaretur: idcirco sup-
 fluitas cum mollibus quoniam strombiformibus iuncta os egrediente
 quatuor mollibus quidem infra: strombiformibus uero ex latere.
 hac igitur de causa hoc modo pedes in mollibus sunt: & contra
 quoniam in alijs. Sepie uero & loliginis dissimiliter se ad polipos ha-
 bent: quia natales solummodo ille sunt: isti uero et gressibi-
 les & quia superiores dentibus pedes habent & ultimos duos ex
 istis maiores: reliquos autem duos ex octo infra maximos istos
 sunt. n. quadrupedibus pedes sunt posteriores fortiores: uel
 istas maximi qui infra sunt: isti. n. omnes sustinent & maxime
 mouent & ultimi duo medio maiores quia istis ministrant.
 polibus uero medios quatuor maximos habet. octo igitur uni-
 uersa hec habent: sed sepie atque loliginis paruos: polipi ma-
 gnos: corporis. n. truncum illi magnus: hi paruum habet.
 itaque in istis his a corpore abstulit natura & ad pedum longi-
 tudinem addidit: in illis e contra abstulit a pedibus &
 corpus auxit: idcirco polipis non ad nandum solum: ue-
 rum et ad gradiendum pedes uales sunt: illis inuiles: quoniam
 parui: corpus autem magnum est: quoniam pedes parui sibi sunt:
 & inuiles ad capiendum: & ne a lapidibus abstrahat quando
 procelle sunt & tempestas: ad aduendum et de longe. propria

duas longasq; habent promusades quibus nituntur atq; sic
 manent sicut manus quando tempestas est & que longius
 absunt his uenantur atq; aduocant tam sepe q; lohigines.
 polipi uero promusades non habent: qm pedes eorum ad hec
 utiles sunt. quibus aut cotyledones ad pedes & plectane acce-
 dunt: uirtutem compositionemq; talem habent qualem pli-
 cationes: quibus pisi media digitos iniiciant: sic exuil-
 lis contexte sunt: quibus carunculas & cetera que sibi ceteris
 attrahunt: apprehendunt. n. quia sunt flexibiles cum q; co-
 tenderint capiunt & premunt omne a quo intra per tangunt
 ture: quare qm non habent aliquid quo attrahant plectane
 pedes & promusades has pro manibus & ad uires & ad aliam
 opem habent. cetera igitur bicotula sunt. genus uero poliporum
 quoddam monocotulum est: causa uero e longitudo & te-
 mitas nature ipsorum: necesse e. n. monocotulum ee quod
 angustum e: no ergo ut melius habent: sed ut necessarium
 pp rationem substantie propriam. his omnibus pinnula circa
 truncum e que in aliis quidem & in magnis lohiginibus
 coniungitur & continua e: minores uero que lohiginu-
 culis uocantur latorem non angustam sicut polipi & sepe
 istam habent: a medio ee in eis inapit: nec circa per totum
 est: hanc uero habent ut natis & dirigant sicut uolatilia
 pennatam caudam & pites caudulam. minima uero hec
 & minime manifesta in polipis e: quia cum parum habe-
 ant corpus pedibus sufficienter diriguntur. Sed de in-
 sectis: testaceis crustatis & mollibus & de partibus interi-
 oribus atq; exterioribus eorum dictum est. De partibus animalibus

Nunc rursus ex initio de sanguinem habentibus animalibus
 partibus considerandum nobis e: principiumq; a
 protermis superioribus partibus faciendum: quibus determina-
 tis de sanguinem habentibus eodem modo dicemus. sed particu-
 le que in capite animalium: quae: in collo ac ceruice sunt
 expositae in superioribus sunt. caput autem habent omnia
 que sanguinem habent: sanguine uero carentium nonnullis
 indeterminate hec particula est sicut canis. collum igitur

omnia que animal pariuunt habent. oua uero parientiu
 quedam habent: quedam non habet: nam que pulmo-
 nem habent: ea collum quoq: habent: que uero for de fo-
 rie spiritum non attrahunt, hanc particulam non hnt.
 caput aut cerebri maxime gratia est: quam partem
 sanguinem habentibus habere necesse est: & in opposito
 cordis loco pp dictas eampridem causas: sed natura in
 eo sensuum qd nonnullos collocauit: quia cum temperata
 sanguinis in eo complexio sit & ad calefaciendum cerebrum
 & ad quietem perspiratitatemq: sensuum congrua e. pre-
 terea tertiam particulam in eo subiunxit quod alimen-
 ti facit ingressum. hic. n. comodissime collocatur: na
 nec supra cor & principiu possibile erat uenerem col-
 locari: nec si sit infra: possibile erit infra cor ingressum
 esse sicuti nunc se habet: magna. n. longitudo corporis est
 longeque a mouente ac diuigente principio esset. Caput igit
 horum gratia: collum uero arterie causa: pro tertio. n. e
 & seruat ipsam & hysohagum creca continens. In alijs igit
 cum sphondilos habeat flexibile est. Lupi uero atq: Leones
 unius officio collum habent: asperit. n. natura ut ad uires
 magis utiles habeant qd ad aliam opem. post caput uero
 & collum tum anteriores pedes tum totax in animalibus
 subsequuntur. homo igit pro anterioribus pedibus brachia
 & quas manus uocamus habet: rectum. n. solum omnium
 animalium e: qm natura & substantia ei diuina e: diui-
 nissimi aut animalis opus est: intelligere atq: sapere: quod
 facile non erat si magnum corpus superiaceet: nam pon-
 dus mentem & communem sensum difficilem motu reddit.
 ppea cum pondus corporeum maior sit: necesse e corpora
 inclinari ad terram. quare pro brachijs atq: manibus an-
 teriores pedes quadrupedibus natura subiunxit. postero-
 res. n. duos cunctis gressibus habere necessarium est.
 quatuor igitur illa pedum facta sunt: qm pondus nitat
 ferre non potuit. Uniuersa. n. cetera animalia nandifor-
 mia preter hominem sunt. nandiformia. n. sunt quae



pars superior magna: que uero pondus sustinet motumq:
 facit parua: superiorem uero partem uocamus a capite usq:
 ad superfluitatis egressum in qua tonax quoq: continetur
 hominibus igitur hec pars modica multoq: minor perfectis
 est. Infantibus uero e contra: superiora quidem magna: par-
 ua uero inferiora sunt: edisco et serpunt & ambulare no
 possunt: immo uero primo nec serpunt quidem sed immobiles
 sunt: nam n. infantel omnes sunt: progredientibus autem
 hominibus quidem crescunt inferiora: quadrupedibus uero
 e. contra: maxima. n. primo inferiora sunt & progreden-
 tibus superius crescit. est aut superius quod ab ano ad
 caput est corpus. propterea parua minores pulli q̄ equi
 altitudine sunt: & cum pulli sint posteriore pede caput
 tangere possunt: seniores uero id facere nequeunt. No
 unguia igitur & bisulca hoc modo se habent: multoq:
 uero digitorum cornibusq: carentia namiformia quidem: sed
 minus illis sunt. In uero inferiora parte secundum propor-
 tionem defectus ad superiorem incrementum acquirit.
 Animum et atq: piscium genus & omne quod sanguinem
 habet ut diximus namiforme est: prope insipientia ho-
 minibus uniuersa sunt animalia. nam et ex ipsis ho-
 minibus quales pueri ad uiros sunt tales natura namni
 et etate proueti: nam & si alias uiues affatim habent: in
 in habenda mente deficiunt. causa uero e ut diximus
 quia principium difficile motu & corpulentum e. pre-
 terea cum excolens caliditas parua fiat & terrenum plus.
 tunc animalium corpora multorum pedum minorq:
 sunt: & tandem sine pedibus & ad terram extensa quin-
 guntur: paulatimq: sic progredientia & principium ha-
 bent infra & caput tandem immobile atq: insensatum:
 sic planta fit que superiora quidem inferioris: inferiora
 uero superius habet. radices namq: plantarum oris uirtu-
 tem atq: caput habent. semen aut e contra: supra. n. &
 in extremis gignit ramis. Ina igitur de causa quedam
 duarum: quedam multorum pedum sunt: & tandem sine pe-

quedam omnino pedibus carent: & quare alio plantis: a
 lia animalia facta sunt dictum est: & quia solus animalium
 homo rectus est: cum uero rectus natura sit: non est anteri
 oribus ei pedibus opus: sed pro his brachia manusq; sibi
 natura reddidit. De manu hominis & usu pedum in quadrupedibus. c. xij.

Alexagoras uerum quoniam manus habeat sapien
 tissimum esse animalium ait: rationale uero est
 quoniam sapientissimum animalium est: idcirco manus
 accepisse: manus. n. organum sunt: natura uero ueluti homo
 prudens singulis que uti possunt distribuit: magis. n. con
 uenit scienti fistula canere fistulam canere daxe: q̄ fistu
 lam habenti canendi fistulas scientiam adicere: maiori. n.
 principaliori: minus non minori honorabilis atq; mai
 adicit. si ergo sic melius fit & natura ex possibilibus semp
 quod melius est facit: non pp manus homo sapientissimus
 est: sed quia sapientissimum animalium ē: manus habet
 recte. n. qui sapientissimus est plurimis utitur instrumen
 tis: manus aut non uidetur animi esse instrumentum:
 sed multa: quasi. n. instrumentum ante instrumenta est.
 potenti ergo plurimas artes suscipere: manum, que ad plu
 rima instrumenta utilis est natura homini tribuit. quare
 qui dicunt non probe sed pessime animalium omnium
 hominem esse constitutum: cum absq; calceis & nudus sit
 nec ad defensionem arma possident: non recte dicunt:
 cetera. n. unam opem habent & pro illa aliam comutata
 suscipere nequeunt: sed necesse ē quasi semper calceatum
 dormire omniaq; facere & nunq; id quo calefit corpus de
 ponere: nec comutare arma sibi semel tradita. huiusmodi
 uero & auxilia pleraq; habere: & ipsa semp commutare li
 cet. Preterea quecumq; arma uelit & ubi uelit habere hec
 manus. n. & unguis & ungula fissa & cornu & solida
 ungula & asta & gladius & quodcumq; aliud armorum
 instrumentorumq; sit. omnia igitur hec est qm omnia su
 mere habereq; potest: diuisa. n. & multifida est: nam in eo
 q̄ diuisa fit: compositam et esse inest. in hoc uero illud no

inest: ita & uno & duobus & multipliciter uti potest. digitorum
 quod flexus probe se habent ad capiendum & comprimendum: &
 ex latere unus & hic brevis & crassus sed non longus: nam sicut
 nisi manus omnis esset: non esset acceptio: sic nisi ex latere iste
 esset: hic. n. desuper inferius premit id quod ceteri ab inferi
 ori fuerunt. oportet autem ita fieri: si vehementer colligaturus
 quasi coniunctionem fortem est: ut cum sit unus: pluribus ad
 equetur. brevis autem tum pro uires: tum quia nulla utilitas
 si longus esset: Stimulus uero paruis recte: mediis autem
 longus & sicuti romus in medio nauis: nam quod capitae
 necesse est ut in medio circumcomprehendatur ad operationes.
 propea magnus uocatur cum sit paruis: quia sine hoc perit
 inutiles ceteri sunt. Ungues quod probe adinuenio sunt: sed ce
 tera quidem animalia eos ad usum habent: hominibus autem
 operacula sunt: extremitates. n. protegunt. brachiorum autem
 flexus tum ad tibi aduersionem: tum ad alios usus econ
 tra se habent quod in quadrupedibus: illis. n. ad interiora ne
 cesse est anteriores pedes flectere: utuntur. n. pedibus inquan
 tum utiles sunt ad gressum: quamuis ipse que multorum digi
 torum sunt non solummodo ad gressum anteriores pedes utiles
 esse uidentur: uerum et pro manibus ipsis utuntur: accipi
 unt. n. defenduntque se anterioribus. monungula uero po
 sterioribus: non. n. habent in ipsis anteriores pedes cubiti atque
 manibus proportionale aliquid. multorum uero digitorum
 quedam id est circa anteriores pedes quinq: posteriores
 uero quatuor digitorum habent: ut leones lupi. Preterea
 canes & panthere quintus. n. quemadmodum qui manus
 ipsius sibi magnus quintus: huc autem multorum digitorum &
 parua sunt. posteriores et qui serpunt quinq: digitorum habent.
 ut pluribus unguibus sustentata ad altiora & super caput
 erigantur. De pectore atque manibus

Pectus uero in hominibus quidem lacertorum est: in alijs
 autem anteriorum pedum intermedium est: rationabi
 liter autem in hominibus latitudine habet: nam lacerti cum
 in latere siti sunt huius loci latitudinem non impediunt.

quadrupedibus uero pp pedum ad anteriora in ambulando
 locoq: commutando extensionem angusta hec particula est.
 pp ea quatuor quidem pedum animalia maxime in hoc loco
 non habent: in hominibus uero tum pp latitudinem: tum quia
 precordia contegi oporteat: atq: ideo locus iste carnosus fit.
 mamme articulantur ipse quoq: carnosus: & in manibus qdē
 pp dictam causam: in feminis uero ē ad aliud opus abusa
 natura ē: quod facere ipsam sepe diximus. reponit namq:
 hic naturae elementum: mamme uero due sunt: qm due
 sunt partes sinistra & dextera: & quāuis diuiores, dissepanite
 tamen qm costis in hoc loco inter se coniunguntur: ne labore
 natura eas offerat: ceteris uero animalibus in pectore inter se
 pedum extremitates mammas habere impossibile ē: impedi
 mento. n. gressui essent: presertim cum multos habeant alios
 locos: nam paucos parientia & monungula & cornigera
 mammas ad coxas habent & eas duas. multos uero parien
 tia & multifida: alia iuxta uentrem multas & laterales
 ut fuis & canis: alia in medio uentre duas solum habent
 sicut leo: cuius causa non quia paucos parit: parit. n.
 non nunq̄ plures q̄ duos: sed quia non multi lactis ē: nā
 cibis qui capitur in alimento corporis consumitur: raro
 uero accipit quia carnes comedit. Elephas ē duas solu
 modo habet & eas sub anteriorum pedum mastellis. causa
 uero ut duas habeat ē: quia unum parit: ne aut sub co
 xis habeat causa ē: qui multifidum est: nullum. n. mul
 tidum sub coxis habet: supra uero ad ascellas quia in
 plurimas habentibus prime iste mammas sunt & plurima
 lactis reddunt. signum uero est quod in snibus accidit
 ijs. n. feabus qui primi nascuntur primas mammas atci
 buunt: cui ergo quod primo nascuntur unum solu modo
 ē huic necesse est ut primas habeat mammas: prime
 aut sunt que sub ascellis sunt. Elephas ipse pp hanc cau
 sam duas & in hoc loco habet. Ius uero multa parient
 in uentre: cuius causa ē: quia pluribus mammas egent
 que plures nutritura sunt: qm igit ad latitudinem non

est possibile nisi duas solum habere pp sinisterrum atq: dexte-
 rum ad longitudinem habere necesse est. Locis aut anteri-
 orum posteriorumq: pedum intermediis longitudinem solum
 habet: non multitudine uero & paucos partientia uel corni-
 gea mammas sub coxis habent ut equa asina cometus
 hec. n. monotoca sunt & illa quidem monungula hec uo
 bisulca. Preterea cexua: bos: capra & cetera huiusmodi
 causa uero est: quia cecum huius ad superius corporis est.
 Inare ubi collectio & copia superfluitatis sanguinea fit. hic
 uero fit locus inferior & iuxta fluentia e: hoc in loco natura
 mammas efficit: quo. n. motus alimenti fit: inde capere qd
 ipso possibile est. homo igitur tam mas qd femina mammas
 habet: in ceteris uero nonnulli macium non habent: sed
 equi alij non habent: alij habent: quicunq: maci similes st.
 Sed de mamis quidem dictum e. De genitalib; et uib; & pedib; c. xii
 Post pectus autem uentris est locus costis pp diem prede
 causam non conclusus: ne aut tumorem qui cibo fit: que
 accidere necessarium est cibo calefacto: aut uteros inges-
 do impediatur: terminus aut eius qui torax uocatur parti-
 cule superfluitatis egressus sunt: sicce dico atq: humide:
 natura uero eadem parte & ad humide superfluitatis e-
 gressum & ad coitum tam in feminis qd in masculis similit
 in omib; partentibus animal & in omnib; sanguinem haben-
 tibus abutitur paucas quibusdam exceptis. causa uero est: qd
 sperma & superfluitas & humida est: quod modo supponat:
 nam de ipso postea declarabitur: eodem modo & in feminis
 menstrua spermaq: hac emittuntur. sed postea et de istis
 determinabitur. nunc aut solummodo supponatur: quia
 menstruum superfluitas in feminis est: naturaq: scripta &
 sperma humidum. quare eorundem & similitum ad has
 partes segregationem fieri secundum rationem est: quomodo
 aut intus se habeant & quo differunt que spermatis & que
 gestationis sunt ex historiis animalium & anatomis manife-
 stum e: sed postea quoq: dicetur de ipso: qd uero harum particu-
 larum figure: necessario se modo ad operationem habeant

manifestum ē: maximum autē organum secundum corporis dif-
 ferentias differet. non. n. similiter cuncta natura neruea sunt.
 preterea hec sola partium absq; mutatione uehali crescit & di-
 minuitur: quorū alterum ad conuersionē: alterū ad reliquū
 corporis usum utile ē: impedimentum. n. profecto afferret, si
 semper similiter se haberet: constat autē huius partis natura
 ex talibus ut hec utraq; accidere possint: partim. n. neruea ē
 partim cartilaginea: propterea & contrahi & extendi potest
 & spūs est susceptiva: q̄ sed quadrupedes quidem femine omnes
 uinum posterius giuicunt: hinc. n. utilis ad conuersionem
 eis fitus est: maximum uero pauca uinum ad posteriora pro-
 iiciunt sicut lynx: leo: camelus: dasyfus: nullum autē monū-
 gulum retro uinum proiicit: posteriora uero & que ad pedes
 hominibus sunt: ea proprie ad quadrupedes habentur: caudam
 autē cuncta penē habent: non solum animal: uerum et oua
 paricata: nam & si magnitudinem hec particula in ipis non
 habeat sed parui tamen gratia signi eminent quoddam ha-
 bent. homo uero absq; cauda est: nates autē habet: quas nul-
 lum quadrupedum habet. pedes et homo carnosos habet tam
 coxas q̄ suras: cetere autē omnibus absq; caene hec sunt: non
 solum animal parientibus, sed uniuersaliter omnibus ani-
 malibus que pedes habent: neruosos autē habent & osses &
 spinosos. quorū omnium ut breuiter dicam una causa est.
 quoniam homo animalium solus rectus ē: ut igitur facile
 superiora ferat atq; leuiora sint: abstulit a superioribus cor-
 pulentum natura & id ad inferiora adiecit: idcirco est na-
 tica & clunes carnosos fecit & coxas & suras: simul autē
 naticas naturā ad quietem et utilem reddidit: nam qua-
 drupedes quidem uno in loco stare nec lassescere licet id cō-
 tinue faciant possunt quasi. n. uacantia quiescunt substan-
 tialibus quatuor subiectis. hominibus uero non ē facile recte
 diutius permanere: opus. n. quiete ac sedē corpori est.
 homo igitur nates habet pedesq; carnosos pp causam dicam.
 & ut uero absq; cauda est: alimentum. n. quod illō proficit
 in illas assumitur: quoniam igitur nates habet: necessarius

caude usus ablatuſ eſt. Quadrupedibus uero ceteriſq; animalib; e contra: nam cum n̄iformia ſint ponduſ & totum corporeu ab inferioribus ablatum, ſuperioribus adiuuante: idcirco ſine natibus ſunt & pedes habent peduceos: ut aut̄ pars ad egreſſum ſuperfluitatis deſeruiens cuſtodiat ac protegetur, cuiſdam ut caudulam annatam natura eiſ ab alimento pedum auferens reddidit: Simie uero qm̄ intermedia formam habet & neutroq; atq; utroq; eſt neq; caudam habet neq; nates: & caudam qm̄ non habet quaſi bipes: nates uero quaſi quadrupes. ſed natura eſt huiſ abutitur non ſolum ad cuſtodiam protectionemq; podicis uerum eſt ad utilitatem & uſum habentium. pedes aut̄ quadrum pedum differunt: nam alii eorū monungula penitus ſunt: alii multiſida & monungula quidem ſunt: in quibus propter magnitudinem & multitudinem terreſ pro cornibus atq; dentibus huiſmodi particula ſegregationem ad naturam unguis accepit: & pp̄ multitudinem pro pluſibus unguibus unuſ unguis unguis eſt. talum eſt idcirco pleraq; non habent. & qm̄ difficilioreſ motuſ poſterioriſ peduſ cum taluſ inſit flex eſt citiuſ. n. aperiantur & clauduntur que unum angulum habent q̄ que pluſ. taluſ uero cum clauuſ ſit quaſi alienum membrum duobuſ inſeritur, ponduſ quidem afferreſ ſed progreſſum ſecurioreſ efficienſ: id. n. circo que talum hnt non in anterioribus ſed in poſterioribus habent: quia oportet que precedunt leuia & facile flexibilia eē: firmitatem aut̄ & tenſionem in poſterioribus: ad hec eſt ad deſenſionem uehementiuſ uulnera inferunt: hec. n. poſterioribuſ pedib; utuntur: biſulca uero talum habent: leuiora. n. poſteriora in hiſ ſunt: & qm̄ talum hnt, monungula non ſunt: quaſi quod a pede oſſem deſtat, in flexu remanſerit. Iuſ uero multoſ ſunt digitoſ, talum non habent: non. n. eſſent digitoſ multoſ, ſed tantum latitudo ſcinderetur quantum taluſ contineret: idcirco que habent biſulca, pluſima ſunt. Verum homo maximoſ pro magnitudine animalium omnium pedes habet: id q; rationabiliter: ſoluſ. n. rectuſ ſtat, quare cum duo ſint: & totum corporeſ ponduſ debeat ſuſtine

oportet eos longitudinem latitudinemq: habere: digitorum
 quoq: magnitudo contrario modo in pedibus & manibus se
 habet secundum rationem: horum. n. capere atq: premere
 opus est: quare oportet longos esse: per particulam. n. que
 flectitur manus apprehendit: illorum autem tuto firmari.
 ac stare: oportet autem putare hanc particulam digitorum
 pedis esse inflexam: melius tamen e' ut fassum q' non
 fassum ultimum sit: totum. n. compatere: cum pars ali
 qua doleat. In digitos autem fasso hoc similitate non accidit.
 ad hec cum breviores sint minus colliduntur: ideo pedes ho
 minum multifidi sunt & non longorum digitorum. genus
 autem unguium eadem de causa et in manibus habent:
 oportet. n. extremitates maxime protegi pp imbecillitatem.
 sed de habentibus sanguinem animalibus animalq: parien
 tibus & gressilibus dictum ferme de omnibus est.

De parantibus parientium ova sanguinemq: habentium. C. xv.

Sanguinem vero habentium ovaq: parientium alia
 quatuor pedum: alia sine pedibus sunt: tale vero unum
 solimodo genus serpentium est: & causa privationis pedum
 in ipis in his que de progressu animalium determinata sunt
 dicta est. cetera vero similem pene quadrupedibus ovaq: pa
 rientibus formam habent. habent igitur hec animalia ca
 put & particulas que in eo sunt eadem de causa, quibus
 sanguinem habentia: linguam quoq: in ore preter sturva
 lem crocodilum: hic. n. habere non videntur nisi locum
 solimodo: causa vero est, quia modo quodam ex terrestribus
 & aquaticis est: qm igitur terrestris e' lingue locum habet:
 qm vero aquaticus: atq: lingua e'. piscis namq: ut iam
 pridem diximus alij non videntur habere: nisi quispiam
 valde declinet: alij articulatam habent: & causa e': q' a
 nequaquam lingua eggit: non. n. masticando neq: preguum
 do sed indiglutendo sensus voluptasq: ubi omnibus istis
 fit: lingua. n. sensum saporum facit: estulentorum vero voluptas
 in descensu est: cum. n. deglutiantur pinguium calidiorum
 roremq: huiusmodi sensum faciunt: animal igitur e' parientia

hunc sensum habent: pulmentorum aut plurimorum ferme ac esulen-
 torum: extensione hyopbagi in ipsa deglutitione iocunditas gin-
 gitur. Idcirco non uident in potu atq: sapore incontinentes se.
 & in pulmentis & epulis. sed ceteris quidem animalibus quon-
 standi et scisus inest: illis uero quasi alter: de quadrupedi-
 bus aut ouaq: parientibus sicut serpentes. Lacerte q: paruum
 & bisulcam habent linguam: & preterea & in extremo pulsa
 omnino sicut dictum est. prius. Vituli quoq: marini lingua
 bisulcam habent: idcirco cuncta hec animalia gracilia sunt
 que cum quatuor pedes habeant oua pariuunt sicut pisces
 serratorum et dentium sunt: cuncta uero sensus organa
 similiter ceteris animalibus habent: ut olfactus naris: uisus
 oculos: auditus aures: nisi q: non erectas sicut nec oues
 sed solum meatum: in utroq: aut causa e: pellis durities: ad
 terra. n. ipsorum uolantia sunt: altera cuncta corticalia: est
 aut cortex simile loco squame: natura uero durius: quod
 patet in testudinibus: in magnis serpentibus & in fluminalibus
 crocodilis: duriores. n. ossibus sunt: quia tales natura sunt.
 hec aut animalia superiora cilia non habent: sicut neq: a-
 ues: sed inferiore clauduntur pp: causam dictam in illis: sed
 animum non ualle angularem membranam frequentius
 mouent: quod hec animalia non faciunt: quia duriores
 sunt oculos q: aures: causa uero est: quia illis cum uola-
 tia sint uidendi acutius ad uidendum utilior e. hys uo-
 minus: omnia. n. talia foveas ingrediuntur: cum aut hanc
 toto caput dimitte in partem superiorem & inferiorem ma-
 xillam. homo quidem ex quadrupedes que animal pariuunt
 ad superius atq: inferius mouent maxillas: in latus etiam.
 pisces uero aues & quadrupedes que oua pariuunt: ad supe-
 rius & inferius solum: cuius causa e quia motus huiusmodi
 ad mordendum & diuidendum: qui uero ad latus est
 ad minuerendum e utilis. molares igitur habentibus motus
 qui ad latus e unus est: non habentibus aut nequaquam.
 idcirco ad latus est ab omnibus istis: natum. n. nihil super-
 fluum fiat. cetera igitur omnia inferiorem mouent.

maxillam. solus autem fluminibus crocodilus superiorem.
 causa uero est quod ad capiendum retinendumque pedes inuicem
 habet: parui. n. omnes sunt: quare ad hos usus natura os
 pro pede utile sibi fecit: ad retinendum autem undecumque per-
 cussio fiat fortior semper superior quam inferior est: quoniam igitur
 utrorumque: & capiendi & mordendi usus per os fit: magis
 autem necessarius retinendi est illi qui nec manus nec pedes
 habet: utriusque ipsius est superiorem quam inferiorem maxillam
 mouere: ideo et cancei superiorem forcipis partem non
 inferiorem mouent: nam forcipes pro manu habent: quoniam
 non ad mordendum sed ad capiendum forcipem oportet
 utilem esse: diuidere autem atque mordere dentium opus
 est: canceis igitur ceterisque quibus possibile est manure cape-
 re os usus: quoniam in humido est: diuiditur & pedibus quidem
 aut manibus capiunt: ore uero mordent ac diuidunt.
 crocodilus autem ad utrumque: utile naturam os fecit: cum sic ma-
 xille moueantur: cancei et huiusmodi pro spiritu habitu-
 dinem collum habent: spiritum. n. pro arterie longitudi-
 nem recipiunt. prope caput humerorumque: intermedium col-
 lum uocatur: minime autem de talibus serpens collum habet
 uidebitur: sed proportionale collo si distans extremitatibus
 hanc particulam disseperare oportet: proprium autem ad co-
 gnata animalia serpentibus illud est: quod caput reliquo qui-
 escente corpore in posteriora uertunt. huius uero causa est
 quia sicut insectis uolubile est: quare facile flexibiles
 & cartilagineos habent spondylos: ex necessitate igitur pro hanc
 causam eis accidit: ad melius autem obseruandi gratia que
 a posterioribus latere possent: nam cum longus sit & ad ci-
 bum & ad conseruationem posteriorum aptus non est.
 nulla. n. utilitas caput eleuare & uertere non posse. ha-
 bent autem etiam proportionale pectori particulam hec: sed
 manus neque neque in reliquo habent corpore: nec unius
 ulla habet: cuius causa est: quia nullum horum lac
 habet: mamma. n. receptaculum & quasi uasculum
 lactis est: ne igitur hec neque aliquid eorum que animal

in ipsis non concipiunt lac habet: ova n. parviunt: in
 ovo aut lacteum alimentum ingignitur quod in aiat
 parientibus est: sed de his claris in negotio de generatio-
 ne dicetur: de flexibilitate vero curvatura confidenter
 in iis perius est: que de progressu similiter cetera de omnibus
 dicta sunt. hec vero et eandem habent: alia maiorem
 alia minorem de qua uniuersaliter iam pridem causa
 diximus. gracillimus aut omnium gressibilium que ova
 parientur est cametes: paucissim. n. omnium sanguinis est
 causa vero anime affectus est: pre timore namq. multiformis
 fit: timor. n. in frigiditate est pp paucitatem sangui-
 nis & caliditatis defectum: sed de habentibus sanguinem
 animalibus tam quadrupedibus q. hac parte carentibus
 & de his membris que sibi extra sunt & qua de causa ferme
 iam dictum est. De membris avium manifestis .C. xvij.

Aviu vero inter se differentia in excessu defectuq. partium
 & secundam magis ac minus: alie namq. ipsas brevium:
 alie longorum partium sunt: & linguam alie latam habent
 alie angustam similiter & in ceteris particulis: proprie aut
 in paucis partibus inter se differunt. ad cetera vero animalia
 forma est partium differentia. pennate igitur omnes sunt
 & id ad alia proprium habent: partes. n. animalium alioq.
 corticales sunt: aliorum squamose. aues aut volatiles
 sunt & penna scissam habent nec specie similem unipen-
 nibus illar. n. scissiles: horum infissilis est & pennarum
 alie collum habent: alie non habent. habent aut in capi-
 te singularem ac propriam ad reliqua rostri naturam
 elephantis. n. navis pro manibus est: insectorum vero non
 nulla lingua in oris loco est: sed his pro manibus atq. den-
 tibus osseum rostrum. De sensibus aut iam pridem dictum
 est: collum vero natura extensum habent eadem ipsa de
 causa qua cetera: & alie longum: alie breue: sed ferme
 pedibus plucime comparabile: nam que longior sunt
 pedum, longum habent collum: que vero breviora breues
 preter palmipedes: nam illis si breue super longos esset

non admistraret eis hoc collum ad cibum a terra sumendum.
 his uero si longum est super breues: preterea ijs que caenas
 comedunt contraria longitudo ad victum est: imbecile namq:
 longum collum est: his aut victus victoria comparatur: ideo
 nullum aduncorum unguem longum habet collum. palmi
 pedes uero & que diuisos quidem pedes hnt sed simos: quia
 in eodem genere cum palmipedibus sunt: collum quidem lon-
 gum habent: tale namq: ad cibum qui ex humido est conuenit.
 pedes uero ad nandum breuiore: sed rostra est secundum uiuen-
 di modum differentia habent: alij. n. rectum: alij aduncum
 est: & rectum quidem habent quaecumq: alimenta gratia: ad-
 uncam uero que crudas comedunt caenas: hoc. n. ad tenen-
 dum confert: & abus necesse est ut ab animalibus comparet.
 quibus aut victus iocundus & ex herbis est: he latum habent
 rostrum: tale namq: & ad faciendum & ad attrahendum mun-
 dandumq: cibum conuenit: nonnulli autem hanc longum est
 habent rostrum sicut & collum: quia cibum ex profundo acci-
 piunt: multaq: talium & palmipedum aut simpliciter uant
 secundum hanc partem nonnulla ex humido animalia uenun-
 tes uiuunt: quibus collum quidem quasi hamulo piscatoria
 est: rostrum uero quasi filum atq: hamus. dorsalia uero cor-
 poris & supina & pectoralia in quadrupedibus continue
 totus in auiibus locus est: alas. n. habent a brachijs interio-
 ribusq: pedibus dependentes propriam quandam partem
 ut circo pro scapulis alas in dorso extrema habent: pedes aut
 sicuti homo duos intus quemadmodum quadrupedes flexos
 & non extra sicuti homo: alas uero anteriores quadrupedum
 pedes ad rotundum curuatas. bipes autem ex necessitate: de ha-
 bentibus. n. sanguinem auium substantia est: simul uero etiam
 alata: sanguinem uero habentia non plures q: quatuor
 signis mouentur: dependentes igitur partes quatuor sicut in
 aere terrestibus atq: gressibus ita & in auiibus sunt: sed
 illis quidem brachia uel quatuor pedes sunt. auiibus uero pro
 anterioribus pedibus aut brachijs ala communis est: his. n.
 uolantibus sunt: uolantibus autem auiibus insubstantia est: quare

bipedes esse ex necessitate relinquuntur: sic. n. quatuor
 signis cum alijs mouebuntur: pedes aut omnes acutum
 atq; carneum habent: acutum quidem pp uolatum ē: lata
 . n. cum multum accis pellant difficile mobilia sunt: car-
 neum uero quia quod acutum est nisi magnam habeat
 protectionem imbecile est. sub pectore aut uenter est usq;
 ad superfinitatis egressum. flexura pedum sicut in quadam
 pedibus & hominibus. Inter alas igitur & pedes iste partes
 sunt: Umbilicum aut in generatione quidem habent omnia
 que aut ab animali aut ab ovo nascuntur: sed in aui-
 bus iam acutis non apparet: quod ex generatione patet.
 copulatio. n. in intestino fit: nec quemadmodum in aut
 parientibus quedam uenas particula est: auium pre-
 terea quedam uolantia sunt & magnas fortisq; habent
 alas & aduncos unguium & que carnes comedunt /
 quāuis non solum aduncos: sed alia quoq; auium ge-
 nera uolatina sunt quibuscumq; aut saluo in uelocitate
 uolandi est: aut migratione sunt. quedam uero non
 uolantia sed graues quibus uita terrestris & que fructus
 comedunt aut natales sunt & in aquis uiuunt: sunt
 aut aduncorum quidem unguium corpora parua alio
 exceptis qm alimentum in his consumitur, ad arma pre-
 sidioq; non uolantia aut contra magna corpora sunt
 idcirco graues sunt: habent aut nonnulla granium
 pro alio presidium ea que calcarea in pedibus nocentur.
 Sed simul eadem aduncos ungues & calcarea non habent
 causa uero est: quia nihil natura facit superfluum &
 aduncos ac uolantia calcarea in uale est: in pugnis pedestri-
 bus conferunt: propterea in granibus sunt. his uero adun-
 ci ungues non solum inuiles sunt: uerum et nocui: qm
 infigantur contrarij q; ad gressum sunt. Ideo aduncorum
 unguium omnes difficile gradiuntur & in lapidibus no
 resident. ad utrumq; . n. natura unguium contraria
 sibi ē. id aut ex necessitate in generatione accidit: nam
 quod terreum & extra tendens in corpore est. ex eo utile

particulae ad uices quingentur: nam si sursum fluxerit: rostri
 duritiem aut magnitudinem fecit: in quibusda pro istis
 pedum. fm uero dorsum aut pedum in pedibus calcaria
 aut magnitudinem unguium atq: robur: simul autem
 hec singula diuexio in locis non ficit: distracta. n. huius
 superfluitatis natum imbecilis redditur: in quibusdam
 aut curium longitudinem fecit: in quibusdam pro istis
 pedum intermedia replet: & idcirco natatiles auium ne
 cessario alie quidem simplicitate palmipedes sunt: alie quibus
 singulorum digitorum naturam distinctam habeant: ad sin
 gulos tamen eorum quasi lata continuaq: omnia conuin
 guntur: ex necessitate igitur hec pp has causas accidit.
 ut aut pp melius uictus gratia huiusmodi pedes hnt:
 ut cum in humido uiuant alasq: inutiles habeant, pedes
 sibi ad natandum utiles sint: sunt. n. quasi remi na
 uigantibus & quasi pennule piscibus: ppea si aut has
 pennule abstrahantur, aut illas intermedia illa pedum
 non natant: nonnulli aut auium longos sunt pedu:
 cuius causa: quia uita istarum palustris est: organa. n.
 ad opus natura facit: non opus ad organa: qm igitur
 natatiles non sunt: ideo palmipedes non sunt: & qm in re
 cedenti re uitam habent ppea longorum pedum atq: digitorum
 sunt: flexusq: plures multe ipsarum in digitis habent: sed
 qm non uolant quidem: ex eadem uero materia omnia
 sunt: alimentum quod in caudula permittam transiret: ad
 pedes consumptum: eos adauxit: idcirco in uolando pro
 pennata cauda ipsis utuntur: uolant. n. retro: eos teden
 tes: sic. n. sibi pedes utiles sunt: aliter uero impedimento ef
 sent: nonnulli breues iuxta uentrem pedes habeant uo
 latine sunt: illis igitur non impedimento pedes sic sunt.
 Aducos aut unguium et ad rapinam utiles sunt: au
 um uero que collum prelongum habeat: quibus grossi
 est: et extenso collo uolant: quibus uero tenue longuq:
 flexo: minus. n. in uolantibus pp tegmentum lesibile e:
 coxam aut omnes aues habent que habere no uidentur.

Particulae ad uices.

sed duo coxae pp coxae longitudinem: nam usq; ad mediu
 uentrem protenduntur: causa uero est: quia bipes hoc ani
 mal nec rectum est: nam si quemadmodum in homi
 nibus aut quadrupedibus breuis ab ano esset coxa & pes
 rectus iungeretur: non possent omnia stare: homo. n. rectus
 est: quadrupedibus aut ad pondus anteriores pedes subiecti
 sunt. Aues uero nec recte sunt: quia nānoq; habent
 naturam: nec anteriores habent pedes: idcirco alas hnt
 pro ipsis: pro hoc aut longam naturam ueteralem coxa
 fecit & ad medium infixit & huic pedes supposuit: ut
 cum pondus equaliter hinc atq; hinc uexat progredi
 manereq; possint. Ina igitur de causa bipes est & non rectu
 diximus: Inare aut pedes carnei non sunt eadē causa
 est: que de quadrupedibus: de qua iam dictum est. Ina
 tuor aut omnes aures digitorū similiter sunt tam palmi
 pedes q; scissorū pedum: nam de hysco structione postea
 determinabimus: quia contrarietatis bipartito auiū
 genus scindi uidetur: tres igitur illorū anteriorū habent
 unum retro quasi calcaneum ad securitatem: ut in aui
 bus longorum pedum secundum magnitudinem defiat
 sicut in croca accidit: plures aut digitos non habent. In
 ceteris igitur sic se habet digitorū positio. Podicilla nō
 posteriores sola duos habet & duos anteriores: cuius ca
 est: quia minus ei corpus q; ceteris ad anteriora pro
 pensum est. testiculos autem habent quidem omnes: natus
 aut habent: & causa inest. Auium igitur partes hoc mō
 se habent. De membro piscium manifestis & causa corp. c. 17

Piscium autem genus mancum magis exterioribus
 partibus est: nec. n. pedes nec manus nec alas hnt.
 & de hys causa in superioribus dicta ē: sed totum a capi
 te corpus continuum ē usq; ad caudam: quam nō simi
 lem omnes habent: sed quidam fere similem: planior
 uero nonnulli spinam atq; longam: crenatam. n. cuius
 ad latitudinem transit: sicut in torpedine. turture & si qd
 tale caralagineum est: alium igitur spinam & longam

cauda est: nonnullorum vero carnea quidem p[er] brevis aut
 p[er] eandem causam quam de torpedine diximus: nihil .n.
 differet si brevis atq[ue] carnosior: aut si longa & minus carno
 sa sit. In ramis aut[em] contrarium accidit: nam quia latitu
 do e[st] carnosior non est quantum de anteriore carnosita
 te ablatum e[st]: tantum ad posterius & ad caudam adiecit
 natum: non dependent aut[em] p[er] abus manus aut pedes
 q[ui] natura e[st] secundum substantie rationem naturalis
 est: natura .n. nec superfluum quicq[ue] nec frustra facit. Ve
 rum q[ui] secundum substantiam sanguif[er]em habent: ga
 natacilia sunt pennulas habent: quia vero non pede
 stria: non habent pedes: pedum .n. additio ad motum
 utilis est: quia in pedotine in terrestri superficie fit. Preterea
 quatuor pennulas & pedes aut[em] huiusmodi aliud habere
 possibile non est: sanguinem .n. habent. Crocodili vero cu
 branchias habeant: pedes et habent: pennulas .n. non habent
 sed caudam mollem & latam. postea vero qui lati no[n] sunt
 sicut rana & turtur quatuor pennulas habent: duas in dor
 salibus & duas in supinis: plures aut[em] hor[um] nullas: essent .n.
 absq[ue] sanguine: harum et eas quidem que sunt in dorso rati
 habent: eas vero que in supinis sunt prelongas no[n] nulli
 crossitremq[ue] habendum non habent: sicut anguilla & conger
 & mugilum genus quoddam in lacu syphar[um] inuenitur
 qui vero longiores natura sunt serpentinis: magis ut mu
 rena nullam simpliciter pennulam habent: sed flexibus mo
 uentur cum humido ut utantur ut serpentes terra: hoc
 .n. modo serpentes natant, quo in terra reptant: causa
 vero ne pennulam serpentinam habeant pisces ea e[st] q[uod] qua
 serpentibus pedes non sunt: hec vero causa in libro de prop[ri]e
 su motuq[ue] animalium dicta est: nam aut male mouentur
 si quatuor signis mouerentur: aut nullo modo: nam si pro
 pe inter se distantes haberent pennulas, profecto uix moueren
 tur: siue longius similiter: q[ui] multum intermedium e[st]
 q[uod] si motiva signa plura essent: absq[ue] sanguine profecto e[ss]ent:
 hec eadem causa etia[m] in piscibus est: qui duas solummodo

d mediu
 et hoc ani
 n homi
 ea & pes
 o .n. rect
 des subnoti
 abent
 alas hnt
 em coxa
 fuit: ut
 ogrech
 non rectu
 de causa
 est. In
 n palmi
 postea
 to auu
 shabent
 if in auu
 m defiat
 bent. In
 hiilla no
 cuius ca
 ora pro
 nnes: intus
 et hoc mo
 la corp .c. 17
 rioribus
 alas hnt.
 m a capi
 n no simi
 planor
 m .n. cui
 ure & fig
 xlonga

pennulas habent. serpentini. n. atq; longiores flexu pro
 duabus pennulis utuntur. ideo repunt in sicco & longo
 tempore uiuunt. & alij quidem non recte. qui uero natu
 re pedestri congruunt. minus palpitant. ipsorum autem
 pennulas dorsales habent: duas solummodo habent: quicunq;
 pp latitudinem non prohibentur. qui uero habent: ad caput
 habent: qm longitudinem in loco non habent qua pro
 his mouebuntur: ad caudam. n. huiusmodi piscium corpus
 producitur: atq; uero alij q; tales pro pennulis extreme par
 tis latitudine nascunt. torpedo aut & tana que in dorso est
 infra pp latitudinem superioris: que uero in superioribus cas
 ad caput: latitudo. n. moueri non prohibet: sed pro superi
 ori minores has illos habent que in dorso sunt. torpedo
 aut duas pinnulas iuxta caudam habet. pro duabus uero
 latitudine utitur, quasi duabus pennulis utroq; semicirulo.
 de particulis aut capitis sensuumq; organis dictum e prius.
 piscium uero genus ad reliqua que sanguinem habent ani
 malia branchiarum naturam proprie habet. qua uero de ea
 cum de respiratione diceremus explanatum est: qui ergo
 branchias habent eorum alij quidem opercula in branchijs
 sunt: cartilagineis uero uniuersis aperte branchie non sunt
 & causa quia spinei illi sunt & operculum spineum est:
 cetera uero scilicet cartilagineam spinam habent. Preterea
 motus aliorum qui ueloces: operculi aut motum uelocem
 esse oportet: quasi. n. ad exprimendum branchiarum naturam
 est. Idcirco in cartilagineis ipsorum quoq; meatuum bran
 chiarum & operculi conductio fit: ut uelociter fiat. quidam
 ergo multas habent branchias: quidam branchias & alij
 duplices alij simplices. ultimam aut plurimi simplicem.
 diligentius aut hec ex anatomie istorum & in animalium
 historia oportet perspicere: multitudinis uero paucitatisq;
 causa est: multitudo aut paucitas caloris qui in corde e
 nam quibus plus in e caloris: est uelociorem fortioremq;
 motum esse oportet. plures aut branchie atq; duplices tale
 naturam habent magis q; simplices atq; pauciores. ideo

nonnulli eorum multo foris tempore vivere possunt, cum
 paucares habeant branchias minusq; regulas sunt angul
 la & omnes serpentine: non .ii. multa sibi refrigeratione
 opus e. habent aut & in ore differentias: alijs .n. e regione
 ac ad anterior os est: alijs in supinis sicut delphinis & car
 tilagineis qui uersi ad supina cibum accipiunt: uidetur
 aut natura non solum salubris aliorum animalium gra
 id fecisse: seruantur .n. cetera, cum isti in uertendo retar
 dentur: ab omnibus .n. his animalia comeduntur. Serp
 et ne gulositatem in cibo sequantur. Ad hec cum rotunda
 atq; tenuem rostri naturam habeant, bene diuisibilem hinc
 non possunt: nam si furdius raperent, cito ex repletione pe
 rirerent. Preterea alijs ad apertum ac magnum est os: alijs
 clausum atq; paruum, carnes quidem comedentibus ad
 apertum & magnum sicut ijs qui serratorum dentium sunt:
 quoniam in ore uires istis sunt. paruum uero atq; conclusu
 illis qui carnes non comedunt: pellem aut alij squamea
 habent: squamea uero pp nitorem atq; tenuitatem a cor
 pore separantur: alij asperam sicut triptera: rana ceteriq;
 huiusmodi. paucissimi aut planam: cartilaginei uero squa
 mas quidem non habent: asperi uero sunt, quia methi
 lagineam spiram habent: terrenam .n. ad pellem inde na
 tura conuertit: nullus aut testiculos nec intus nec foris h
 sed neq; aliud quod sine pedibus sit: nec serpentes: mentus
 uero superfluitatis & eorum que ad generationem conduunt
 eundem habent sicut & cetera cuncta que animalia pari
 unt & quatuor pedum sunt: nam neq; uesicam habent
 nec humida in ipso superfluitas gignitur. Sed genus qd
 piscium has habet ad cetera differentias. De partibus eorum manifestis. c. 23

Delphini uero & balene & huiusmodi cetæ omnia bran
 chias quidem non habent: fistulam uero pp pulmone
 habent: recipientia igitur per os per fistulam intus emittit
 necesse e. .n. humidum recipere: qm cibum in humido acci
 piunt: cum aut receperint emittere necessarium e: branchie
 igitur non respirantibus utiles sunt: & causa in ipsis que

de respiratione diximus explanata ē: impossibile. n. ē idem
 respirare branchasq; simul habere: sed ad emissionem aque
 fistulam habent: hec in ipsis situm ante cerebrū habet: ob
 strueretur. n. si a spina esset. causa uero ē ut pulmonem
 hec habeant atq; respirent: quia magna animalia pluri
 egent caliditate ut moueantur. Idcirco pulmo ipsis inest.
 qui calore sanguineo repletus ē. Sunt igitur hec quodā
 modo & terrestria & aquatica: aera. n. suscipiunt ut terre
 stria: sine pedibus autem sunt & alimentum ex humido
 ut aquatica sumunt: marini quoq; uituli & uespertilio
 nes qm̄ cōmunicant: illi quidem cum aquatilibus atq;
 terrestribus: hi uero cum uolatilibus & ambulatibus: Idcir
 co & utrisq; & neutris participant: marini. n. uituli ut
 quidem non aquatiles pedes habent: ut uero non terrestres
 pennulas: posteriores ē pedes omnis piscos habent cuncti:
 preterea eis dentes serrati sunt atq; acuti. Vespertiones q;
 ut uolatiles quidem pedes habent: ut uero quadrupes
 non habent. Preterea noq; caudam habent neq; pennatā
 caudulam habent: quod eis ex necessitate accidit qui
 uolatiles caudam: quia uero gressibiles pennatam caudu
 lam habent: quod eis ex necessitate accidit: sunt. n. penne
 pellicee: nihil aut pennatum habet quod sustinet pennas
 non est. ex talibus. n. pennis hec caudula consistit: cauda
 uero si esset. ea pennis profecto esset impedimento. Eodem
 modo struto quoq; libycus non nihil auis non nihil ani
 malis quadrupes habet: nam quasi quadrupes non sit
 pennas habet: quasi uero non auis non uolat sulcatis
 pennasq; non utiles ad uolatum sed pilosas habet. Preterea
 quasi quadrupes sit superiora ei alia sunt & caput super
 rioraq; colli nuda habet: ut pilosiora superiora habeat.
 quasi aut auis infra summitus est: bipes ē est ut auis:
 bisulcus uero ut quadrupes: non. n. digitos sed bisulcos
 unguilas habet. horum aut causa est: quia non auis sed
 quadrupes habet magnitudinem: auium. n. magni
 tudinem ut pte dicam minimam esse necessarium est.

cum non facile sit magnam corporum molem ferri subli-
mem. Sed qua de causa singula partium in animalibus
sunt iam dictum est de omnibus animalibus diligenter: quibus
determinationis consequens est: ut que ad generationes ani-
malium pertinent percurramus: ~

Tertia pars Aristotelis de generatione animalium.
Liber primus incipit. Quo cause signa de sunt
in generatione animalium et non omnibus convenit discretio
sexus

Capitulum primum.

VERVM quoniam de alijs animalium
partibus & communiter & unumquodque genus
de proprijs seorsum dictum est: quomodo pro
huiusmodi causam singula sunt eam di-
co que alicuius causa est: quatuor. n. cause
supposite sunt: ipsa cuius gratia quasi finis & co substantialis
quas veluti unam quoddam accipere ferre oportet: tertio
aut & quarto materia & unde principium motus. quoniam
igitur dictum de alijs est: ratio. n. & cuius gratia: ut finis &
materia in animalibus partes omni quidem ipsa: toti dissimilium
partium membra: dissimilibus aut similes partes: his vero que
vocantur elementa ille iam partes restant que ad generandum
animalibus consequunt: de quibus nihil determinatum in supe-
rioribus est & de mouente causa que nam sit de qua consi-
derare idem quodammodo est: & de generatione: singulorum con-
siderare. Quare ad unum hec conuertit oratio cum postremas
partium materias ad initium de generatione disposuerit. Ani-
malium igitur alia ex coniunctione maris atque femine quingun-
tur in quibuscumque: ipsorum sexus est: non. n. in omnibus est: sed
in sanguinem quidem habentibus omnibus proterque in paucis
aliud masculi aliud femina est cum perfectum fuerit. Sanguine
vero carentium quodam sexum sic habent: ut similia generet:
quedam generant quidem sed non similia. hec aut sunt quecumque
non ex coniunctis animalibus sed ex putrida terra & super
fluitatibus quinguntur: ut vero uniuersaliter dicamus que

animalium locum mutant: alia natatilia: alia uolatilia.
 alia gressibilia corpore sunt: & in quibusdam horum uni
 uersum genus sexum habet non solum in habentibus san
 guinem: uerū et in carentibus quibusdam: & horum in
 alijs quidem per totum genus ut in mollibus & crustatis;
 In insectis uero gñe plurima: horum uero ipsos que ani
 malium coniunctione similia gignuntur: ea et similia
 generant: que aut non ex animalibus: sed ex materia
 putrida: ea generant quidem sed aliud genus: quodq; gin
 gitur nec masculus nec femina est. cuiusmodi insectis
 nonnulla sunt: id uero ratione sic accidit: nam si corū
 que ex animalibus non sunt coniunctione animalia gin
 gerentur: si quidem similia oporteret ab initio talem corp
 que procreantur generationem fuisse: quod rationabiliter
 petimus: cum in ceteris sic euenire animalibus uideatur:
 si uero dissimilia & conuenire potentia rursus ex istis alia
 quedam natura gigneret: & ex illis iterum alia usque in infi
 nitum ita produceret: natura uero abhorret infinitum
 quia imperfectum ē: & ipsa semper finem queritat. Ite uo
 gressibilia non sunt ut silicea & quecumque uiuunt affixa
 qm substantia eorū plantis pene similis est sicut in illis ita nec
 in istis sexus est: sed per similitudinem atq; proportionem
 dicitur: habent. n. paruam huiusmodi quendam differentia
 nam in plantis alie arbores eiusdem generis fructifere sunt:
 alie fructum quidem non faciunt: sed producentibus ad dige
 rendum conducunt: quod fico & caprifico accidit. fit aut
 & in ipsis plantis eodem modo: nam quedam ex semine
 gignuntur: quedam sine semine quasi fortuito agente
 natura: producantur. n. aut terra putrefacta aut quibusda
 plantarū partibus. Quedam. n. seorsum per se non consistat
 sed in alijs arboribus gignuntur ut uisum. Sed de plantis
 quidem seorsum atq; per se considerandum est. De dif
 ferentia sexuum sicut definitionem gemembrore figur. c. ij.
 E generatione uero animalium secundum congruam
 unicuique ipsos rationem ex dictis seriem conectentes.

dicamus: nam sicuti asseruimus non absurde profecto alige
 marem & feminam generationis principia ponet: marem
 quidem quasi principium motus generationisq; ipse habeat,
 feminam uero ut materiam: quod maxime certe quispiam
 credet: si considerabit unde & quomodo sperma fiat. Ex hoc
 .n. que natura gignitur consistunt: Id uero quomodo a femi
 na & masculo gigni accidit non oportet clam esse: nam quoniam
 hec particula a femina mareq; deadiatur. Et quoniam in his &
 ex his deasio est: ideoque principia generationis masculus
 & femina sunt: masculum .n. dicimus animal quod in alio
 generat: feminam uero quod in se ipso propea & in uniuerso
 terre natura ut feminam & marem adhibentur: celum
 uero ac solem aut aliquid aliorum huiusmodi ut generantes
 & patres nuncupant. Differunt autem mas & femina & se
 cundum rationem: quoniam aliud alter, aliud altera potest: &
 secundum sensum particularis quibusdam: secundum rationem
 quidem quoniam masculus est qui potest in alio generare ut
 dictum est: femina uero que in se ipsa & unde gignitur
 cum in se in generante quod gignitur: Verum quoniam uir
 tute atq; opere quodam definiuntur: & ad omnem ope
 rationem organo apud e: partesq; corporis uirtutis organa
 sunt: necesse est ut ad procreationem & coniunctionem parti
 cule sint: & he inter se differentes, quibus a femina masculus
 differat: nam & si uniuersaliter de animali de alio femina,
 de alio masculus predicatur: non tamen per omnia femina
 idem aut mas est: sed per quandam uirtutem & per quanda
 particulam: quemadmodum & uisuum & processuum
 quod est sensu apparet: he autem particule sunt femine que
 qui uocantur uteri: Masculis uero quecumq; ad testiculos
 membrag; spermatica pertinent in omnibus habentibus san
 guinem. Quaedam .n. eorum testiculos habent: quedam tales
 meatus. Sunt autem masculi & femine differentie in caren
 tibus esse sanguine in quibuscumq; ipse hec contrarietas est.
 In habentibus uero sanguinem partes que ad coniunctionem
 sunt figuris differunt: oportet autem scire: quia cum parum

principium commutatur multa corp solent commutari que post
 principium consequuntur: quod patet in castratis: nam quibus
 sola genitalis corrumpatur particula: tamen tota pene forma
 adeo commutatur: ut ne femina sit parum distare videatur
 quasi non parua particula nec parua uirtute animal femina
 uel masculus sit. Quare perspicui est: quia sexus principii
 quoddam est: multa enim commutantur illis uirtutibus quibus
 masculus uel femina est principium sit permutata. Que
 uero ad testiculos atque uteros pertinent non similiter se habent:
 in omnibus que sanguinem habent animalia - nam primum
 quantum ad testiculos masculorum attinet: quedam testiculos
 omnino non habent & in unum copulatos quemadmodum
 & in illis. Sicuti autem omnes & ex quadrupedibus aera
 suscipientibus & pulmonem habentibus que oua pariunt:
 nam et hec testiculos intus habent ad humeros & duos: ab illis
 poros serpentibus similiter ut lacerti: testudines: cunctaque cor
 ticalia. Animal uero patientia in anteriore omnia testi
 culos habent: sed nonnulla ipsorum intus ad terminum uen
 tris ut delphinus: nec poros sed mentulam foras ex istis
 prodeuntem sicuti boues nonnulla foris. Et horum quedam
 dependentes ut homines: quedam ad anum ut fues. Sed ex
 quibus de istis in animalium historiis determinatum est:
 Steri autem bipartiti omnibus sunt sicut & testiculi masculis
 omnibus duo. eos autem quedam ad articulos habent sicut
 mulieres & uniuersa que animal generant non solum
 foris: uerum et in se ipsis. Pisces et quicumque oua manifeste
 pariunt: quedam ad diazoma sicuti omnes aues & piscium
 qui animal pariunt: Bisulcos autem crustacea & mollia
 uteros habent: nam que oua istorum uocantur uterale con
 tinentes membranas habent: maxime autem non disse
 paratus polyporus est ut unus esse uideatur: cuius causa
 corporis magnitudo est: que unicus similis existit. Bisulci
 uero et in insectis sunt que magnitudinem habent: nam
 in minoribus pro paruitate corporis minus id patet. hoc igitur
 modo dicta particula se habent in animalibus.

De testibus & meatu ipsorum

C. III.

De differentia vero spermaticorum in masculis organorum
 si quis causas excogetur sit pp quas sunt: cum ne-
 cesse est primo accipere: cuius gratia testiculorum constitutio
 est. Si ergo natura quicquid facit aut quia necessarium
 aut quia melius sit factis: exit profecto hec quoque particula
 pp istorum alterum. Iui igitur non necessarij ad procrean-
 dum sunt patet: In essent. n. omnibus que generant: nunc
 neque serpentes neque pisces testiculos habent: nisi n. sunt dum
 iunguntur & plenos semine meatus habebant. Relinquit
 ergo meliores cuiusdam gratia. Est aut plurimorum anima-
 lium nihil aliud pene opus q̄ sperma & fructus uelut plan-
 tarum: Sed quemadmodum que recti sunt intestini magis
 ad desiderandum cibum concitantur: sic que non testiculos
 sed meatus solummodo habent: aut si habent: intus habent: ue-
 lociora omnia sunt ad coniunctionis effectum: quare que
 opus est continentiora esse: ut ibi non rectum intestinum
 ita hic pori reuolutionis habent: ne conata ueloxq: cupi-
 ditas sit: ad quod testiculi conditi sunt: superfluitatis n. sper-
 maticæ motum tardiorum efficiunt. In generantibus quidem
 animal equis dico ceterisq: huiusmodi replicationem ser-
 uantes: que quomodo se habeat ex historijs animalium confi-
 deranda est: non n. sunt testiculi meatum partes: sed appo-
 nuntur sicuti staminibus lapides ad texentibus: nam cum au-
 ferantur & sic castrati nequeunt generare: nam nisi contra-
 herentur possent profecto ut taurus qui postea q̄ excissus
 fuit: continuo coitit & implet: qm̄ adhuc pori retracti
 non erant. In auibus uero & quadrupedibus oua parientibus
 spermaticam superfluitatem recipiunt & sic tardior est exi-
 tus q̄ in pisibus: quod perspicuum in auibus est: nam que
 uno tempore coeunt: multo maiores eo tempore. habent
 testiculos: cumq: id tempus transierit: adeo paruos habent
 ut ferme non discernantur qui ualde magni tempore coi-
 tus erant. Citius igitur coitum peragunt quæcumq: intus
 habent: nam que foris habent: hec non prius sperma emit-
 tunt q̄ testiculos retrahunt. Ad hec coniunctionis organum

quatuor animalia pedes habent: quoniam eis conuenit: auiibus
 autem & apedibus non conuenit: nam illarum quidem coxae
 sub medio uentre sunt. hec autem pedibus omnino carent: men-
 tale uero natura hinc dependet & hic collocata est. Idcirco
 est in coniunctione contentio pedum fit: organum quoque
 uerueum & natura coxae ueruea est. Quare cum non
 possint illud habere: necesse est ut testiculos quoque aut non
 habeant, aut hic non habeant. hic. n. situs utroque in habentibus
 est. Preterea in habentibus testiculos mentula motu cale-
 facta foras sperma congregatum prorumpit, sed non quasi
 paratum illico tangentibus sicut pisibus. Omnia igitur que
 animal praeiunt uel in anteriore uel foris testiculos habent
 preter crinaceum: qui solus eadem de causa qua est auium
 ad lumbos habet: necesse est. n. ut cito conuulsio eorum
 fiat non. n. ut quadrupedes ad dorsum ascendit sed reli-
 quae uerues iunguntur. Quare igitur de causa testiculos ha-
 bent que habent ex quare alia foris alia intus dictum est.
 Quare sit causa tardis uelociorisue coxae

C. IIII.

Que autem non habent: tum quia necessarium non sit: sed
 tantum ad bene: tum quia nec esse est tantum uelocissime
 fieri: idcirco hanc particulam non habent: talis autem natu-
 ra piscium atque serpentum est: nam pisces quidem inci-
 dentes coeunt citoque soluantur: sicut. n. in hominibus ce-
 terisque huiusmodi omnibus necesse est: ut retinente spermam
 sperma emittant: sic illis quoque accidit: mare namque non
 recipiunt: et non facientes facile pereunt. Quare non opor-
 tet ut gressibus & animal patientia in coniunctione sper-
 ma digerant sed habent a tempore congregatum atque dige-
 stum: ut non faciant intangendo sed emittant digestum.
 Idcirco et isti non habent sed rectos atque simplices poros, qua-
 lis parua quadrupedibus particula in testiculis & respira-
 tionis est pori pars sanguinem habet: & pars non habet
 quo recipit & per quam superfluitas sperma iam existens
 procedit. Quare cum hic ipsum peruenerit uelox hic est
 absolutio fit. Talis igitur totus piscibus porus est, qualis

in habentibus huiusmodi animalibus in altera p[er]tationis parte. Serpentes autem complicati inter se coeunt nec testiculos nec mentulam ut prius dictum est habent: mentulam quidem quia nec coxas: testiculos uero p[ro]p[ter] longitudinem: sed poros sicut & pisces: nam q[ui]m longior natum eorum est: si extensio adhuc ad testiculos fieret, frigeret profecto sperma p[ro]p[ter] tarditatem: quod et accidit in magnam habentibus mentulam: infecundiores. n. sunt methocrem habentibus: q[ui]m sperma frigidum fecundum n[on] est: frigit aut[em] q[ui] ualde p[ro]cul deferitur. Qua igitur de causa quedam animalium testiculos h[ab]ent: quedam non habent diximus. Serpentes aut[em] q[ui]m conat[us] apti non sunt complicantur: nam cum longi nimium sint paucaq[ue] ad aptari eos particula sit necesse: non facile coniungi possunt. Et q[ui]m capiendi partes non habent p[ro] his flexibilitate corporis nisi adinuicem inuoluntur & idcirco tardius uidentur solui q[ui]m pisces non modo p[ro]p[ter] meatum longitudinem uerum et p[ro]p[ter] corporum sturcturam.

De dispositione atq[ue] causa uteror[um].

Quomodo autem feminarum uter[us] se habeat dubitabit profecto quispiam: multe namq[ue] contrarietates in ip[s]is sunt: nam nec animal parientia similiter se habent omnia sed homines quidem & gressibilia cuncta infra ad articulos. Setacea uero q[ui]m animal pariant: supra tamen iuxta diaphragma ubi que oua pariant: sed pisces quidem infra ueluti homines & quadrupedes que animal pariant supra: sed tam secundum rationem he contrarietates se habent. nam primum que oua pariant differenter id faciunt: quedam. n. imperfecta edunt oua ut pisces: quor[um] oua forte perficiuntur & crestant: cuius rei causa est: quia multifeti sunt: & hoc est opus ipsor[um] sicut plantar[um]. si ergo in se ip[s]is perficerent: pauca multitudinem necessario facerent: nunc uero tot habent: ut uterq[ue] uter[us] ouum esse uideatur in paruis saltem piscibus: hi. n. multifeti maxime sunt: sicut & in ceteris proportionaliter isto habent naturam & in plantis & in animalibus: ceterum. n. magnitudinis in sperma in istis

habent supra: quia uero animal foras parit infra,
 & ita utriusq; participavit. Ite aut statim animal parit
 omnibus infra sunt: nullum. n. nature opus impedime-
 to est: nec partum dupliciter faciunt. Ad hec impossibile e
 ad diagonata animalia gigni: nam cum embryones pon-
 dus motumq; habeant: cumq; locus principalis ad vitam sit
 non possent profecto suffere: & ad hec pp longum gestationis
 spatium difficilis necessario partus esset: nam modo et
 uidemus si ositatione aut alia huiusmodi re in partu
 mulieres retraxerint difficilem eis partum fieri. Preterea
 uacui q; uteri sursum elevati suffocant: necesse e animal
 contentuos robustiores esse: ideo huiusmodi omnes car-
 nei sunt: quia aut ad diagonata membranei: quod in
 ipsis animalibus que partum dupliciter faciunt per spi-
 ritum fit: nam oia in latere habent & supra: animalia
 uero in inferiori uteri parte. Quam ipse obrem non
 nulla animalium sub contrariis uteros habent mo-
 & omno tunc in alijs infra in alijs supra ad diagona-
 ta sunt dictum est. Quare si omnia intus uteri: testiculi q; da intus: q; da foris: cumq;

Quare aut uteros quidem intus omnia: testiculos no-
 quedam foris: quedam intus habeant causa est quia
 quod gignitur in utero continetur & custodia protectione
 digestioneq; indiget. Exterior uero corporis locus & frigi-
 dus & ualde lesibilis e. Testiculi aut alijs foris: alijs intus
 sunt: quia protectione atq; operculo tum ad salutem: tum
 ad digestionem spermatis opus est: impossibile. n. e fieri
 gignitof atq; gelantes retrahi & sperma emittere. Idcirco q; b
 in aperto testiculi sunt, pelle defenduntur: quam oscheam
 greci: fiscum latini appellant: quibus uero ipsius pelles
 natura pp duritiam obstat quia continere non potest: ta-
 nec mollis nec pellucea sit: qualis pistium & corticalium
 pelles est: his intus habere necesse est. Idcirco & delphines
 & cetiformia quibus testiculi sunt: intus habent: & ex cor-
 ticalibus quadrupes que oia parit: Animum quoq;
 pelles dura. Quare secundum magnitudinem in con-

ad continendum e & hanc ad eas que dicte sunt cum de
 coituum necessario accidentibus diceremus causam esse
 omnibus istis existimandum hac de causa elephantus q̄
 & exinacius testiculos intus habent: non est. n. apta pelvis
 eorum ut separabilem defensoriam habeat partem. & ceteri
 preterea animal & ova in lucem parientibus sub contra
 rio eē secundum situm modo se habent: & his que uteros
 habent infra, & his que ad diazoma ut pisces ad anes
 atq; quadrupes que ova pariunt & ad utroq; modo pa
 rientia ova quidem in se ipsis in lucem animal: nam
 que animal in se ipsis concipiunt & foras edunt ea in
 ventre uteris habent: ut homo: boe: canis ceteraq; huius
 modi: conducit. n. ad salutem embryonum atq; cremen
 tam nullum pondus in uteris esse: sed aliis q̄ meatus
 his omnibus est, quo sicca superfluitas & humida egre
 ditur. Propterea hec omnia tam mare q̄ femine partes
 habent genitales quibus superfluitas humida pro uteris
 & masculinis quidem sperma: feminis vero fetus: iste aut
 meatus supra & in anterioribus e q̄ sicci alimenti. que
 aut ova pariunt sed imperfecta: ut quicumq; piscium
 ova pariunt, ea non sub ventre sed ad lumbos uteris hnt
 nam nec cremen tam ovi e impedimento cum foras pro
 deat & perficiatur & crescat & meatus idem est e in non
 habentibus membrum genitale qui & sicci alimenti
 amctis que ova pariunt & que ipsorum vesicam hnt
 ut testudines: generationis. n. non emittendi humidam
 superfluitatem gratia bini meatus sunt: uerum qm̄ &
 natura spermatis & humidi alimenti superfluitas humi
 da est: idcirco meatum habent comunem: quod inde
 patet: quia omnibus animalibus sperma fit: & super
 fluitas humida amctis non fit: qm̄ igitur oportet &
 in masculinis spermaticos meatus firmos & non erraticos
 esse: & feminis uteros idq; necesse est uel ad anteriorem
 corporis uel ad dorsalia sic accedere. idcirco animal q̄ de
 parientibus pp embryones in anterioribus uteris sunt.

oua uero ad lumbos atq; dorsalia. Iue uo in se ipso oua
 concipiunt & animal foris pariunt: ea utroq; modo se habent
 qm utrisq; participant & animal atq; oua pariunt: superiora
 .n. uteri ubi oua gignuntur ad lumbos & ad dorsalia sunt: pro
 cedit aut uterus deorsum ad uentrem: hac .n. animal parit:
 meatus aut et istis coeundi & siccæ superfluitatis unius est.
 nullum .n. istorum ut prius diximus genitale habet depen
 dens: similiter aut masculos meatus & habentium & non
 habentium testiculos uteris oua parientium se habent ut
 omnibus .n. ad dorsalia insunt in loco spine: non .n. mo
 ueri sed fixos esse oportet: talis aut locus posterior e: hic .n.
 continentiam stabilitatemq; prebet: testiculos igitur intus
 habentibus statim unacum meatus adherent: foris q; habe
 tibus similiter. deinde in unum ad genitalis membri locum
 concurrunt: similiter delphinis q; meatus se habent: & tñ
 testiculos in capacitute uentris habent occultos: Sed quomodo
 partes que ad generationem conferunt secundum situm se ha
 beant & quibus de causis dictum iam est. De dispositione genitalium in fishes

In ceteris uero animalibus que sanguine carent. crustaceis mollibus & scab. o. uis
 non eodem modo conducuntur ad generationem particule
 se habent: neq; ad habentia sanguinem: neq; ad se ipsa: sunt
 aut cetera genera quatuor: primum crustaceis: alterum
 mollium: tertium insectis: quartum filicorum. quorum
 plura non coniungi perspicuum est: quibus de omnibus non
 pateat. quomodo aut consistunt: postea dicendum e. Cru
 stata igitur sicut que posterius ueritatem proiciunt conuen
 iuntur: quando alterum supinum: alterum resupinum:
 caudas substant: supinis .n. ad dorsalia condescere canchu
 la impediunt a quibus longiores dependent penne: hnt
 aut mares tenues meatus fermentales: femine uero mem
 braneos uteros iuxta intestinum sossos in quibus ouum
 gignitur. Mollia os ori opponentia complicantur & pleca
 nas connectunt. complicantur aut hoc modo necessario.
 natura .n. nota os superfluitatis terminum conduxit re
 flexendo: ut in tractatu de partibus dictum est. habet aut

femina in quolibet horum animalium manifeste partem
 uteralem: ovum. n. habet confusum quidem primo quod
 deinde distinctum multa efficitur: quorum unumquodq;
 imperfectum parit sicut & pisces qui ova pariunt: meatus
 autem uterale particule ac superfluitatis idem est in istis & i
 crustatio: est. n. qua semen tam per meatum emittunt. hec
 vero sunt in superioribus qua operculum submouetur & mare in
 greditur. proea coniunctio maris cum femina per hanc pte
 fit: necesse. n. est siue sperma siue particula siue aliam vir
 tutem masculus immittat per uteralem meatum appropin
 quationem fieri: plectant autem masculi per fistulam ingressus
 in polypis qua piscatores coire ipsos afferunt ut ut vituli or
 gani ad coniunctionem sed copulationis gratia fit: est. n. ex
 meatum & corpus. Inunguntur autem nonnunquam mollia et p
 dorsa: utrum vero gratia generationis an alia de causa non
 dum perspectum est. Insectorum vero quedam coniunguntur eo
 rumque generatio sicut in habentibus sanguinem ex animalibus
 uniuersal est: ut locuste: acade: phalangia: vespe atque for
 mice: quedam inunguntur quidem & generant: sed non similia
 sibi ipsis: sed solummodo vermes: nec inunguntur ex animalibus
 sed ex humido putrefacto: nonnulla ex sicco ut pulices: musce
 atque cantharides: nonnulla ex ore nec ex animalibus inunguntur
 nec coniunguntur: sicut bibiones & vermes: multaque huiusmodi
 genera: eorum vero quo coniunguntur femine in plurimis
 maiores quam masculi sunt: poro autem seminales masculi non
 videntur habere: immittuntur in plurimis ut breuiter dicam nul
 lam masculus in feminam partem: sed femina in masculum
 ab infra suum: quod in multis perspectum est: in ascen
 dendo quoque similiter & contra in paucis: sed ut genere distingui
 possimus non dum perspectum est: fert autem in pluribus et pisci
 um qui ova & in quadrupedibus que ova pariunt idem
 se habet: nam femine masculus maiores sunt: quia sic constat
 ad magnitudinem que ab omni in gestatione ipsorum fit:
 feminis quoque istorum proportionalis utero particula iuxta
 intestinum sicut & alijs facta est in qua fetus inunguntur.

quod & in locustis & in omnibus que magnitudinem habent si
 coniungi solent perspicuum est. Plurima. n. insectorum parua
 sunt ualde. hoc igitur modo animalium organa que ad ge-
 nerationem conferunt & de quibus dictum in superioribus
 non est se habent. An sperma de cadat ab oibz membris fm glacone: c. viij.

De spermate quoq; de lacte cum de similibus partibus dice-
 remus pretermisum fuit de quibus tempus no modo e-
 dicere: & de spermate quidem nunc: de lacte uo in sequen-
 tibus. Alia igitur animalium manifeste emittunt: ut que
 cumq; natura sanguinem habent. Insecta uero & mollia utro
 modo non patet. Quare considerandum utrum omnes ma-
 sculi sperma emittant an non: & si non omnes qua de ca
 in quibusdam sic: in quibusdam non. & utrum femine sperma
 quoddam conferunt an non: & si non sperma utrum nec ali-
 ud ullum: an conferunt quidem aliquid: sed non sperma.
 preterea sperma emittentia considerandum est quid per sperma
 ad generationem conducunt & uniuersaliter & que natu-
 ra sit spermatis & corp que mensura uocantur. Que
 cumq; hanc animalia humiditatem emittunt: omnia. n. ex
 spermate gigni uidentur. sperma uero ex generantibus e-
 st circo eiusdem rationis sunt & utrum mas & femina emit-
 tant utriq; an solummodo alterum: & utrum a toto corpore
 de cadatur an non: rationabile. n. e si non a toto ut non ab
 utriq; generantibus sit. Quare nonnulli ab omnibz de cadat par-
 tibus asserunt: de hoc primo considerandum quomodo se ha-
 beet. Quatuor igitur ferme signa sunt quibus uteretur qd
 primum qd a qualibet corporis particula sperma de cadatur:
 primum magnitudo uoluptatis: nam eadem affectio ma-
 ioris uoluptatis est: si maior fiat: maior aut est que omnibz
 partibus qd que uniu aut panas eorum accidit: deinde qd ex
 mancis manca dnguntur: nam qm particula desit
 non posse inde sperma de cadat uiuere: unde aut non deci-
 datur id gigni non posse. Ad hec similitudines eorum qui ge-
 nerantur: nam ut toto corpore similes fuerint & sic a partes
 partibus qd si totius similitudinis est: quia ex toto sperma

effluxit & partibus ~~pp~~ profecto causa erit: quia non
 nihil ex unaquaq; processit particula. Preterea rationale
 videbitur et totius quiddam e ex quo gignit primo: sic
 & partium cuiuslibet esse proprium sperma: illa et ad pro
 bandam hanc opinionem probabilia testimonia sunt: qd no
 in congenitis solum parentibus similes filij nascuntur: uerq;
 et in aduentijs: nam cum parentes acatrices habuerint fi
 liorq; quiddam in eisdem locis similiter habuerunt: & cum
 in brachio pater in calcedone quasi puncta habuerit: filio
 quoq; fuerunt: qm non distincta sed confusa pictura. &
 ab omnibus sperma confluat partibus pene ex istis qspu
 maxime creditur: sed examinantibus ratione contra
 rium magis uidetur: nec difficile dicitur hec quatuor solum
 & ad hec alia impossibilia dicitur consequuntur. primum igit
 similitudo non est signo qd ab omnibus defluat: quia ex uo
 ce ex unguibus & pilis similes gignuntur: motu quoq; a
 quibus nihil decidit: nonnulla uero nec habebant qde
 quando generabant sicut canos aut barbam: deinde supe
 rioribus similes parentibus sunt a quibus nihil decidit.
 similitudines. n. reddunt et post multas generationes: ut
 in helide ethiopi conuincta: non. n. eius filia sed nepos
 qui ex filia ethiopus fuit. eadem in ratio in plantis et
 est: patet. n. quia ex in ipsis ab omnibus semen partibus
 producitur sed multe alia non habent: alia quisquam
 auferret: alia postea pululant: preterea neq; ab
 illis semen decidit quibus teguntur: ecce illa quoq; sunt
 eandem habentia formam: ad hec utrum a quolibet pte
 similitum partium ut carne osse neruo an a dissimilib;
 defluit, ut a facie atq; manu: si. n. ab illis dimitteret ma
 gis aut se dissimilium partium membra parentibus si
 milantur: ut facies: manus: pedes: si ergo hec non ga
 a toto defluerit: quid prohibet et illa similia esse: no
 quia ex toto defluerit: sed pp aliam causam: qd si a dis
 similibus solummodo non profecto ab omnibus: cum tu ab
 illis magis conueniret: priores. n. ille sunt & dissimiles

ab eis constant: & sicut facies manusq; similes gunguntur: sic
 carnes q; ac unguet. q; si ab utriusq; quibus erit generationis mo-
 dus: dissimiles. n. a similibus componuntur: quare si ab isto
 defluit: ab illis q; & a compositione profecto deflueret: quē
 admodum a scripto noīe: nam si a toto a singulis ēē syllā-
 bis: & si ab istis: ab elementis ēē atq; compositione. Quare
 si ex igne ceterisq; huius carnes & ossa constant: ab elementis
 magis profecto erit: nam a compositione quomō cōuenit
 & tamen sine ipsa non erunt similia. hanc autē siquid effi-
 cit: poster id erit similitudinis causa & non deasit a toto.
 Insuper si disperse partes inspermate essent: quomodo uine-
 reat: sin uero continue animal essent paruum: genera-
 lium ēē membrorum quo nam pacto: non. n. simile ēē quod
 a masculo & a femina decidit. Adhuc si utroiq; simite
 ex toto proflueret: duo gungerentur animalia: cum omnia
 utroiq; habeat. Idcirco Empedocles ēē siquidem sic huius opi-
 nioni maxime congrua ipsum dicere asserendum: sed
 si alibi aliter non recte: aut. n. in masculo ac femina quasi
 mixturam esse & a neutro totum decidi: sed membrorum
 inquit natura distribuit: altera uiri: aut. n. femine non
 generarent ex se ipsis si a toto defluit & receptaculum hē:
 Sed uidetur aut non a toto decidi: aut sic ut ille aut non
 eadem ab utroq; & propterea coniungi adinuicē opus ēē.
 Verum ēē hoc impossibile est: sicut magna q; distracta ser-
 uari & animata esse impossibile: ut Empedocles ipse in a-
 miata dicens sine ceruice multa capita primū germinasse
 deinde coniuncta fuisse: quod aperte impossibile est: nam
 que nec animam habent: nec uitam quandā ei seruari nō
 possunt: nec quasi plura fuissent animalia ita coniungi po-
 terant: ut unum rursus essent: & tamen hoc modo accidit
 eos dicere: qui a toto decidi contendunt: & quemadmodū
 tunc ex terra per amiatam: sic istis ex corpore: impossibile
 . n. est continuas fieri particulas & defluere conuenienter
 in unum locum. Preterea quomodo superiora & inferiora
 dextera & sinistra: anteriora & posteriora distribuuntur

omnia. n. hec irrationalia sunt. Ad hec qm partes alie uirtu
 te alie passionibus discernuntur: dissimilium quide partiu
 qm facere aliquid possunt: ut lingua & manus: similia uo
 duritie, mollitie ceterisq: huiusmodi passionibus: non omnino
 sanguinem habebit: nec caro erit: patet ergo quia impossibile
 est quod decedat partibus uniuocem esse: sicut sanguinem a
 sanguine: aut carnem a carne: & certe si ab aliquo alio sanguis
 gignitur non erit similitudinis causa: qd afferunt conten
 dentes quia ex cunctis partibus defluat: sufficit. n. ab uno
 decedi solūmodo: siquidem non ex sanguine sanguis fit: quā
 .n. obrem cuncta et ex uno non fierent: eadem. n. hec rō
 Anaxagorice esse uidetur: qui dicebat nihil similitū partiu
 gigni: nisi qd ille in omnib: est hoc in generatione animaliu
 faciunt: deinde quomō hec que a toto defluerunt crescent:
 Anaxagoras. n. rationalitatem aut ex alimentis carnes carni
 bus accedere: hoc aut negantibus: & tamen ex toto decedi
 afferentibus quomodo alio accedente maius fiet si nō mu
 tetur quod accessit: qd si mutari potest quod accessit: quā
 obrem tale ab uno spectari non ē: ut possibile sit sanguinem
 ex eo & carnes gigni: non aut illud ipm esse sanguinem
 atq: carnes: nec. n. & illud dici potest quod per commixtionē
 postea crescit: uelut aqua uino infuso: esset. n. nō unum
 quodq: maxime anteaq: permisceret: nunc uō postea ma
 gis & caro & os est & ceterasq: partium singule: spermatie
 aut aliquid neruum esse aut os asserere nimium super
 nos est quod dicitur. Accedit qd si femina & masculus in cō
 ceptione sicut Empedocles aut differunt: infusa mundis
 sunt inquit & quedam femine fiunt in frigus occurrentia
 sed reperiuntur tam uiri qd femine ut ex infundis ad
 fecundos sic experiendo feminas ad pariendo masculos
 commutari quasi causa non sit in eo quod a toto defluxe
 rit: sed in eo quod proportionale cognitumq: sit: quod a
 muliere atq: uiro decedum ē: aut et pp aliam huiusmodi
 causam. Si ergo id ita ponemus: patet quia non in eo qd
 ab aliquo deceditur femina est. Quare neq: particula quā

masculus & femina propriam habent siquidem idem sperma
 & femina & masculus fieri potest: quasi particula non sit in
 spermate. quid igitur differre de hoc ita dicere aut de alijs
 partibus: nam si ab utero sperma non gignitur, eadem pro
 fecto ratio de alijs q̄ partibus erit. preterea nonnulla anima
 lum non ex animalibus neq; ex similibus neq; ex dissimi
 libus genere fiunt, ut musce eorūq; genera que papilionef
 uocamus: ex quibus animalia quidem non aut natura
 similia gignuntur sed uermium quoddam genus. quare
 perspicuum ē non deaso ab omni particula hec genere diuer
 sa fieri: nam si ex toto decidit similitudo est argumento: si
 milia profecto essent: q̄ ab una coniunctione quedam ani
 malium multa generant. plante autē om̄io: nō. n. dā
 est ab uno motu annum eas uniuersum fructum produ
 cere. sed quomodo possibile esset si sperma decideretur a
 toto: unam. n. segregationem ab una coniunctione & una
 decisione fieri necesse est: impossibile. n. est in uteris spe
 ma: nam sicut iam ab animali aut tenera planta non a
 spermate disseparatio esset. preterea que in terra plantan
 tur semen faciunt: quare patet ante q̄ deciderentur sua
 magnitudine fructum habuisse: nec a tota planta semen
 fuisse decisum: sed maximum horum signum in insectis
 diligenter consideramus: nam & si non in om̄ib; in plu
 raris tamen femina in marem aliquam sui partem coeun
 do protendit: sic. n. coniunguntur sicut iam diximus, ut
 inferiora superioribus immittere cernantur: quod non in
 omnibus tamen fit sed in plurimis eorū que uidimus. q̄
 patet quia in eas ē masculinis que sperma emittunt: nō
 qm̄ ex toto decidatur similitudinis causa ē. sed alio quoda
 pacto de quo postea considerabim;: nam si quia ex toto
 ut asserunt accideret, non esset opus petere q̄ ab uterisq;
 defluat: sed solum ab efficiente ut a febro & non a materia
 nunc uero similiter dicunt, quemadmodum ē si a calceis:
 nam fere similes patri filius similia indumenta induit:
 q̄ uero in coniunctione uenera maior uoluptas fiat id

BRADYTOLOGI GREGORII

non est causa quia ex toto decidatur: sed quia prurigo sic ue
 hementior: ideo si sepius coniunguntur: minori uoluptate afficiunt
 preterea iuxta finem leticia est: oporteret aut in singulis mem
 bris nec simul sed in quibusda prius: in quibusdam posterius
 et uero ex mancis manca fiunt eadem causa est qua procre
 antibus similia contingunt: nascuntur tamen et non manca ex
 mancis sicut et dissimilia his qui procreantur quorum postea
 causam considerabimus: nam idem illis hoc problema est. in su
 per si femina sperma non emittit eiusdem est rationis non a
 toto defluere: et si non a toto decurrit: non est inrationabile
 nec a femina sed alio quodam modo generationis causam
 feminam esse: de quo quoniam perspicuum est non ab omnibus partibus
 sperma decidi: sequitur idem ut consideremus. Quare generationis

Pincipium uero huius considerationis et principium spermatis est. c. 1
 sequentium est: accipere primum de spermate quid est
 sic. n. et de operibus ipsis et de operum accidentibus subtiliter spe
 culabimur. Tale uoluntate natura sperma est profecto: ut ex eo
 primo secundum naturam gignantur que consistunt: non quia
 ex illo aliquid sit quod fiat ut homines: ex hoc. n. gignitur
 quia hoc sperma est: uerum quoniam multipliciter aliud ex alio
 fit: alio. n. modo ex die nocte dicitur fieri et ex uero uie
 quia hoc post hoc: alio ex ere statua: et ex ligno lectus et cetera
 que fieri ex materia dicimus: ut ex aliquo infuso et figu
 rato ipsum totum est: alio ut ex musico musici: ex sano
 cogere: et uinnesaliter contrarium ex contrario. Ad hec ut
 Epicharmus ex edificationem facit ex calumnia maledictum
 et ex maledicto dimicatio. hec autem omnia ex quo principium
 motus quorum nonnulla principium motus in ipsis habent: ut
 que modo dicta sunt: nam calumnia totius tumultus causa
 est: nonnulla foris sicut artes eorum que artificis condita sunt
 et lucerna domini que ardet: manifestum autem est: quia forma
 in altero duorum istorum est: nam uel sicut ex materia uel sicut
 ex primo mouente ex ipso est. quod gignit: non. n. sicut hoc
 post hoc ut ex panathenais nauigatio: nec sicut ex cotinatio
 corrupto. n. cotinatio contrarium gignit et subitici aliud quiddam

oportet: ex quo primo infito est: capiendum igitur in utero
 ex duobus sperma ponendum sit: utrum ut materia ex patris
 uel sicut speciem quandam ut faciens aut et utrunq: simul
 .n. fortasse perspicuum est exit: quomodo ex contrarijs omnib;
 que ex spermate sunt gnatio est: nam ex ea que ex contrarijs
 est generatio naturalis est: nonnulla .n. ex contrarijs gignunt
 masculo atq: femina: nonnulla ex uno tantum: ut plante &
 animalium quedam in quibus masculus & femina dissepura
 ta non sunt: sperma igitur ea causa uocatur que a genera
 te est in ijs que coniungi nata sunt: primum generatiois
 habens principium semen: non est utroruq: concuncto habet
 principia: ut plantarum & animalium nonnullorum: in quibus
 masculus & femina separata non sunt: ueluti prima mixtu
 ra que ex masculino atq: femina fit: quasi fetus aut animal
 quoddam. hec .n. iam habent quod ex utrisq: semen aut &
 fructus secundum prius & posterius differunt. fructus .n. ideo
 quod ex alio est: sperma uero quia ex eo aliud utraq: tamē
 sunt: sed eius quod sperma dicitur prima natura repetenda
 que nam sit. *Ex alimento sperma superfluit.* .C. X.

Necessē igitur est quocunq: in corpore capimus aut parte
 eorum esse que sunt secundum naturam & id uel dissimi
 lium uel similitum partium: aut eorum que preter naturam ut
 pustula uel superfluitas uel liquefactum aliquid uel alimen
 tum superfluitatem aut dico ipm alimenti residuum: liquefactum
 uero quod sicut cemento per resolutionem preter naturam sepe
 gatum est: quod partem non esse perspicuum est: nam ex simili
 um partium fit: nihil tamen ex eo sicut ex neruo & carne
 componitur & est non separatum: cetero uero partes uniuerse
 nec preter naturam neq: defectus: in omnibus .n. inest & na
 tura ex hoc fit: alimentum autē manifeste aduentitium est.
 quare necesse aut liquefactum aliquid: aut superfluitatem
 esse. nisi est liquefactum putasse uidentur: nam cum ex toto
 deadi propter eam calorem qui ex motu fit asserant: lique
 facti uim habeat. liquefacta uero preter naturam aliquid sunt:
 ex quibus nihil eorum fit que sunt secundum naturam.

necessario ergo superfluitas erit: sed omnis superfluitas aut inuti-
 lis alimenti • aut utilis est: in utile dico ex quo nihil amplius
 in naturam confectur sed pluri consumpto maxime deprava-
 tur: utile vero huic contrarium: quod igitur talis superflui-
 tas non sit manifestum est: presertim cum iis qui male se ha-
 beant vel pp etatem vel pp egrotationem huiusmodi plurimum
 insit: sperma vero minime: nam aut omnis non habent
 aut quia inutilis superfluitas & egrotationa miscetur in
 fecundum: utilis ergo superfluitatis pars quedam sperma
 est: utilissima vero ultima est: & ex qua iam singule partes
 fiunt: est. n. aliud prius aliud posterius: primi ergo alimen-
 ti superfluitas flogma & siquid aliud huiusmodi est: nam
 flogma utilis alimenti superfluitas est: flogmam aut quia mundo
 mixtum alimento nutrit & labore consumitur: ultima vero ex
 plurimo alimento paucissima: scire aut oportet quia pauca
 animalia & plantae in singulos dies crescant: nam cum parum
 idem accedat: magnitudo concestit. Quare contra quam
 presci putabant nobis dicendum: nam illi quod ex toto deci-
 ditur: nos quod toti ad esse natum est sperma dicimus: & illi
 ex liquefactione: magis aut videtur superfluitas esse: ratio-
 nabilius. n. quod ultimo accedit simile est & quod superfluit
 huius est: velut pictoribus imaginem sepius simile illi quo de-
 pinxerunt superfluit: tabefactum aut omne corrumpitur
 & a natura recedit: argumento vero est non liquefactum
 sed superfluitatem magis esse: quod animalia magna pauci par-
 tus sunt: parva vero multi: nam liquefactum plus esse in
 magnis necesse est: superfluitatem vero pauciores: maior. n.
 pars alimenti in magno consumitur corpore: paucum itaq: sup-
 fluit. preterea nullus liquefacto secundum naturam locus attribui-
 itur: sed fluit eo corpore quo facilior datur via: superfluitatibus
 vero secundum naturam omnibus ut fucci alimenti venter infe-
 rior: humidi vesica: utilis alimenti venter superior sperma-
 tice uterus genitalia membra & minime: in his. n. congregat
 & confluit que accidunt et testimonio sunt: quia si dicitur
 sperma est. hec. n. accidunt: quia natura superfluitatis huiusmodi

est. nam minimo recedente hoc manifesta resolutio fit quasi cor-
 pus eo sine priuatur: qui ex alimento fit: panas aut quibusda
 in breui secundum etates tempore cum abundauerit abiens id
 alienat: sicut alimentum primum si multitudine excesserit
 nam & hoc abeunte corpus se melius habet: qm et alias seam
 trahit superfluitate: non. n. sperma solummodo e quod recedit
 sed alie qe cum eo mixte uirtutes simul abeunt que egrotatiue
 sunt. Propterea in quibusdam insecandum aliqui est quod re-
 cedit quia paucum spermaticum habeat: sed plurimis & ut plu-
 rimum pp dietam causam magis resolutio ex re uenera &
 debilitate accidit. Preterea nec in prima etate nec in senecta: n
 in egrotationibus sperma inest: in egrotationibus pp debilitate:
 in senecta qm natura sufficienter non digerit: In iuuenibus pp
 incrementum: totum. n. prius consumitur: cum in quinqueni-
 etate ferme in hominibus medium magnitudinis eius que i
 toto tempore fit accipere corpus uideatur. Multas uero &
 animalibus & plantis & generibus ad genera & species eiusde
 generis ad se ipsas differentia in his accidit: ut homini ad ho-
 minem & uici ad uicem: nam alia multis spermatis: alia
 pauci: alia omno nullius sunt: non ex debilitate sed ex cotra-
 rio in quibusdam. consumitur. n. in corpore ut in nonnullis
 hominum: nam cum bone habitudinis sint: multasq: carnes fa-
 ciunt & pinguiore siant: minus spermatis emittunt: & uenerem
 minus cupiunt. Similis aut & in hircinis uicibus passio fit e
 que pp alimentum lasciuunt: nam & hirci cum pingues fit
 minus coeunt: edarco & macerant ipos & uices hircifacere
 a passione hircos dicunt. Pingues qe tam mulieres qe uiri
 insecundiores non pinguibus esse uideantur: qm in his que fa-
 cile nutriuntur superfluitas digesta pinguedo fit: nam ad epo-
 qe superfluitas est a sano cibo effecta: nonnulla uo nullu omno
 habent semen sicut salces & populi. sunt et alie huc passionis
 cause: nam & pp debilitatem non digerunt: & pp uirtutem
 consumunt ut dictum est: sinitu & longena & multisperma-
 tis alia pp uirtutem: alia pp debilitatem sunt: multa. n. & in-
 uitas superfluitas comiscetur: adeo ut nonnullis egrotatio

accidat: nisi purgatio eorum prospera facta fuerit: & nonnulli qd
 sanantur: nonnulli pereunt hac contabescentes: sicut & in uiri-
 na: iam. n. hec quoq; egrotatio quibusdam accidit. Ad hec idē
 meatus superfluo & spermatis est & quibus uteriusq; humidus dico
 sicq; alimenti superfluitas fit: unde humidus inde qd spermatis
 emissio fit: humidus. n. superfluitas est: nam alimentum omnium
 humidum magis est: quibus aut illa non fit: unde sicce super-
 fluitatis egressus est. Preterea liquefactio semper morbosa est.
 superfluitatis aut separatio utilis: spermatis uero egressus utroq;
 modo: assumit. n. non nihil ex alimento inutili: sed si esset lique-
 factio semper profecto noceret: quod certe non facit: quod igitur
 alimenti utilis atq; ultimi superfluitas sperma fit: siue cuncta
 emittant sperma: siue non: sed in emittentibus manifestum
 est. De natura spermatis atq; menstruorum C. XI.

Post hec cuius alimenti superfluitas fit determinandum
 & est de menstruis: nonnullis. n. que animal parient
 menstrua fiunt: per hec. n. apertum erit et de femina: utrum
 sicut masculus sperma emittat magis impetura ex duobus
 spermatis fiat: an nullum a femina prodeat sperma: & si
 nullum: utrum nec aliud ullum ad generationem: sed
 tantummodo locum prebeat an conferat aliquid: & id quomodo
 & qua uia: quod igitur sanguinem habentibus ultimam ali-
 mentum sanguinis fit & non habentibus proportionale dictum
 est prius: quoniam ergo alimenti utilis superfluitas sperma est aut
 sanguis aut proportionale aut aliquid ex istis erit. Verum
 quoniam ex digesto distributoq; modo quodam sanguine particule
 fiunt singule: & sperma digestum quidem alienius a sangui-
 ne prodeat: indigestum uero cum quispam cogat uenere
 sepius utens quibusdam sanguineum iam emissum sic patet
 quia sanguinei alimenti quod ultimam ad membra distri-
 buitur superfluitas sperma est. hac de causa magnam habet
 uirtutem: puri. n. & sani sanguinis emissio resolutiua est: si-
 milis qd parentibus prolem fieri rationabile: nam quod mem-
 bris accessit relicto simile fuit ita ut sperma sit facies aut ma-
 nus aut totius animalis indistincta facies aut manus aut aut

totum & quale unumquodq; illo actu: tale sperma potentia
 virtute aut per corpulentiam suam aut per virtutem quam
 in se ipso habet: nam a determinatis nondum nobis adaperu
 est: & utrum spermatis corpus generationis causa sit: an habitum
 quendam & generativum y motus principium habeat: nam
 nec manus nec alia ulla partium absq; anima aut virtute
 quadam alia / manus aut pars aliqua est nisi solum equivoce.
 manifestum aut est quibuscumq; spermatica liquefactio fit: & ex
 hec superfluitas est: id aut accidit quando resoluitur postquam
 accesserit: ut uti quando quod parietem dealbauerit statim
 deciderit: nam ultima superfluitas cum prima eadem e. Sed
 de his hoc modo determinatum est. fit. Q. menstrua similes spermatis

Quoniam vero necesse e et imbeci! ^{superfluitas sit masculis: ca. C. xij.}
 liori pluviam pauciorum ut digestam superfluitatem fieri
 que cum talis sit: necesse est humiditatis sanguineae multatun
 dinem esse: imbecilius aut est: quod secundum naturam minor
 participat calore: feminam vero huiusmodi esse iam dictum e.
 necesse est que in femina sanguinea segregatio fit superfluita
 tem esse: talis aut fit corp que vocantur menstrua segregatio.
 Q. igitur menstrua superfluitas sit: & qd proportionale ut in
 masculis sperma sic in femina menstrua patet: qd vero recte
 dictum sit que in ipso accidunt signo sunt: eadem n. etate
 masculis sperma incipit fieri atq; emitti & feminis menstrua
 exumpunt: uoxq; permutatur & mamme significant: cessat
 et deficiente etate: his quidem menstrua: illis vero uis generandi.
 Preterea illa quoq; signa sunt superfluitatis hanc ee segregati
 onem in feminis: nam ut plurimum nec hemorrhoides mulie
 ribus accidunt: nec ex naribus fluxus sanguinis: neq; san
 guineus uomitus: nec aliquid aliud huiusmodi nisi menstrua
 retenta fuerint: & siquid acciderit purgationes sunt mino
 res quasi segregatione in istis consumpta. Ad hec nec uenose
 similiter sunt: fulgentiores et lenioresq; femine masculis sunt.
 qm superfluitas que aduersus hoc est cum mensuruis siml
 emittatur: hanc ipsam causam esse putandum est: q magni
 tudines corporis minores feminas q masculos in parientibus aut

sint. In his. n. solum foras menstruos apparet fluxus: & ex
 his in mulieribus manifestissime: plurima. n. animalium
 segregationem emittit mulier. quocirca semper pallida est
 manifeste uenasq. habet occultas & defectum corporis compa-
 ratione masculi manifestum. qm. igitur hoc in feminis ut
 sperma in masculis fit: duas aut spermaticas simul fieri
 segregationes non est possibile: patet quia femina non con-
 fert sperma ad generationem: nam si sperma quiddam esset:
 menstrua certe non essent: nunc uero quia hec fiunt illa
 non est. Quare igitur menstrua sicut & sperma superfluitas
 sint dictum est: accipiet aut hec quispia testimonium non
 nulla ex iis que animalibus accidunt: pinguis. n. min.
 spermatici generibus sunt: ut dictum e prius: causa uero est
 quia pinguedo superfluitas est sicut & sperma & sanguis di-
 gestus: sed non eodem modo quo sperma. Quare rationabiliter
 cum in pinguedinem superfluitas consumatur ipsam deficit:
 ex non habentibus et sanguinem mollia & crustata quando
 gestant optima sunt: nam cum sine sanguine sint: nec pin-
 guedo in eis fiat quod pinguedini proportionatur in super-
 fluitatem spermaticam segregatur: signum aut qd tale fe-
 mina nequaquam sperma emittat quale masculus: nec utro-
 rumq. mixtio fiat ut quidam uident: quia sepe femina co-
 apit nulla sibi coniunctionis facta uoluptate: & uersus et
 facta non minus: quatenus et concurrerint a masculo & a fe-
 mina non generatur tamen nisi menstruos humor co-
 mesuratus fuerit: quare nec ante qd eruperint femina
 generat: nec postea acciderunt ut plurimum cum deficiat
 ta fuerint: sed post purgatione: nam modo quidem intus
 que a masculo in est: nec alimentum nec materiam habet
 unde animal possit constitui: modo aut pp multitudinem
 submergitur: sed quando multitudo recessit: tunc quod re-
 lictum est consistit. que aut concipiunt aut mensuratur non
 factis: aut interea dum fiunt: postea uero minime causa e:
 quia tantus illo humor fiat: quantus fecundus post purgati-
 onem relinquatur. maior aut superfluitas non fit: ut foras

et possit profuere: his autem eo pro uterore post purgationem con-
 cluditur: quando igitur et si multum iam sit quod recesserit, ad
 huc tamen purgatio fit non aut tanta ut sperma possit sumere
 tunc si appropinquauerint eiusus recipiunt: nec inconueniens
 est iis que conceperunt istud accidere: nam et postea ad aliquid
 usque menstrua fiunt, quibus et pauca et non semper: uerum ad mor-
 bosum est: idcirco pauca et raro accidit. que uero ut plurimum
 fiunt maxime secundum naturam sunt. Quare igitur femina
 materiam ad generationem conferat: et hec in menstruorum con-
 sistencia sit: menstruaque: superfluitas sint patet. et non sit
 spermatica quia femina in coniunctione emittit et quia aialia emittat in fine c. 12.

Quamquam autem nonnulli sperma esse putant conferri: in co-
 iunctione a femina: quoniam similis uoluptas nonnunquam ipso ac-
 cidat: eaque masculorum est et simul humida emissio: et humiditas
 spermatica non est: sed loci proprium in singulis: Sterorum. n.
 emissio est: et quibusdam accidit, quibusdam non. albis. n. femi-
 neis: ut plurimum accidit: nigris uero atque uirilibus non
 accidit: cuius multitudo non est secundum spermatis emissio-
 nem: sed ualde excedit. Ad hec et tibi magnam differentiam
 faciunt: ut hec emissio minor maiorue fiat: nam nonnulli
 qui acutiore sunt: maiorem emissionem manifeste faciunt.
 Quare uero uoluptas in coniunctione fiat non solum emissio sper-
 matis est: uerum et spiritus ex cuius impulsione proicitur.
 quod in pueris patet qui emittere non possunt et etate pro-
 pinqui sunt et in uiris infecundis: omnibus. n. his quando
 fricantur uoluptas accidit: corruptis et generationem non
 nunquam uentres soluntur: quoniam superfluitas in uentrem segre-
 getur, que duxerit spermata: fieri non potest. formam etiam
 mulierum atque pueri similes sunt et femina quasi masculus in-
 fecundus est: femina. n. ex debilitate quadam est: eo quod ex ul-
 timo alimento non possit sperma digerere: id uero est aut
 sanguis aut non habentibus sanguinem propter frigiditatem
 nature proportionale. Quemadmodum igitur in uentribus
 propter digestionem fluxus fieri solet: sic in uenis: tum alie hemo-
 roides, tum menstruorum defluxus: nam et hec hemoroides

sunt: nisi & ille per egrotationem: hec uero naturalia. Quae
 patet quia rationaliter generatio fiat ex istis: menstrua
 .n. sperma sunt non mundum sed cultura indigens: que
 admodum in fructuum generatione: quando nondum
 digesta e: alimentum quidem inest, sed cultura indiget ut
 mundetur. Idcirco & mixtum alterum quidem semini masculi
 : alterum uero alimento puro: illud generat & hoc nu-
 trit: Signo autem est & femina sperma non emittat: quia
 in generatione in eodem loco in quo uoluptas est tactu acci-
 dat: quamuis humiditate hanc inde non emittent. Preter-
 rea hec emissio non omnibus feminis sed sanguineis fit
 neq; his omnibus: sed quibus nec uteri sunt ad diuina
 nec oua pariunt. Ad hec nec carentibus sanguine sed pro-
 portione habentibus: nam quod in alijs sanguis est, id in
 istis alia quedam concretio. Quod autem neq; iste purgatio
 accidat neq; diuis ex habentibus sanguinem: corporum sic-
 citas causa est: que parum superfluitatis relinquit & tantum
 quantum ad generationem solummodo sufficiat: foras uero
 profundi nequeat. Que autem animal sine ouifetatione
 pariunt ut homo & quadrupedes: que posteriores pedes
 intus flectunt: hec .n. omnia sine ouifetatione animal pa-
 riunt: his omnibus sunt nisi quid manum in generatio-
 ne fit ut mula: non tamen abundant in eis purgationes
 sicut in hominibus. Sed exquisitius hec de singulis anima-
 lium in historijs descripta sunt. Plurima uero ceterorum om-
 nium animalium mulieribus purgatio fit & masculis plu-
 rima secundum proportionem magnitudinis sue sperma-
 tis emissio: causa uero corporis complexio que humida
 & calida est: necesse namq; in tali est ut plurima fiat sup-
 fluitas. Ad hec non sunt in his partes ad quas superfluitas
 sicut in alijs deriuatur: nec .n. mulatudo pilorum in corpore
 est: nec ungulae: cornuum dentiumq; progressus: Si-
 gnum autem est in mensuris sperma esse: quia simul ut
 dictum est hec superfluitas in masculis fit & menstrua in
 feminis eadem etate notantur quasi simul loci utriusq;

Superfluitatis receptivi descenduntur: raris factisq: locis utriusq:
 propinquis pili pubes florescunt: cumq: distendi iam debeant
 loca tumescunt asperu: In masculis quidem testiculi manifestius:
 In feminis uero ubera magis: nam cum ad duos elevata digitos
 fuerint: tunc menstrua plurimis accidunt. In quibus igitur
 quibus vitam habeant, femina tamen & masculus non disse-
 parantur: ijs spermata quasi conceptus est: Conceptum aut
 dico primam ex femina & masculo mixturam: propterea qd
 ex uno spermate unum fit corpus: ut ex uno tritici grano
 una radix: sicut ex ovo uno animal unum: gemella .n. o-
 uos duo sunt ova. In quibus autem generibus femina & mascu-
 lus differantur: in ijs ex uno spermate multa possunt ani-
 malia fieri quasi spermata in plantis & animalibus secundum
 naturam differat. Signo autem est: quia uno coitu plura i
 ijs fiunt que plura uno genere esse possunt: unde et patet
 quia spermata non a toto decidunt: & nam cum differantur sit
 nec ab eadem parte confestim congregantur, nec simul in
 uteros defluta ibi differantur sunt. Sed accidit quemadmo-
 dum rationale est: qm masculus formam motusq: prin-
 cipium prebet: femina uero corpus atq: materia sicut in co-
 agulatione lactis: corpus quidem lac ipsum est: coagulum uero
 constituens principium habet: sic quod a masculo procedit
 in femina dividitur. Quia uero de causa hoc quidem implu-
 ra: ibi uero in pauca diuidatur: alicubi autem unitum
 sit alia ratio est. Sed qm nihil specie differat si solum quod
 diuiditur comensuratum ad materiam sit, nec minus ut
 non digerit & constituat, nec plus ut deficiet hoc pacto
 plura generantur. Ex constituyente autem primo unum ex
 uno solummodo gignitur. Quod igitur femina quibus spermata ad
 generationem non confert, aliquid tamen confert idq: man-
 tenens consistentia est uel proportionale. In non habentibus
 sanguinem ex dictis & secundum rationem & uniuersitate
 considerantibus patet: necesse .n. est aliquid esse generans &
 ex quo & id esse finnum sit specie tamen differre, rationesq:
 ipsorum diuersas esse: In habentibus autem differantur uirtutes

corpora et naturam agentis et patientis esse diuersam. Si
ergo masculus est ut mouens ac faciens: femina uero in qua
tum femina ut passiuum ad sperma certe masculi non sperma
sed materiam feminam confert quod accidere uidetur: natura
n. menstrua secundum primam materiam est. Sed de his
hoc modo determinatum sit. *Quomodo ad inuicem se habent & menstrua & sperma*

Ex quibus et simul de iis patet de quibus considerare
consequens est: quomodo scilicet ad generationem masculus
confert: et quomodo eius quod generatur sperma masculi causa
est: utrum quasi insit et statim eius corporis quod generatur
femine materiae permixta particula fiat: an corpus ip-
sum nihil conducat sed motus atque uirtus que in ipso est
hec n. est que facit: quod autem constituitur formamque accipit
feminee superfluitatis reliquum est. Sicut igitur ratio probat
sic et in rebus uidemus. Uniuersaliter namque considerantibus
nihil uidetur ex passiuo et efficiente ita fieri: ut faciens in eo
quod generatur insit nec omnino ex moto atque mouente: sed
femina in quantum femina passiuum est: masculus uero in
quantum masculus efficiens et unde motus principium.
Quare si utrorumque accipiantur extrema in quantum hoc
efficiens atque mouens illud passiuum et motum est: non est
quod generatur ex his unum nisi ueluti ex fabro et ligno lectus
uel sicut ex cera et forma sphaera. Quare patet non esse necesse
spermam segregari a masculo quippe nec si deciditur. Idcirco
ab eo ut insit quod generatur est: sed ut ex mouente ac spe-
re ut a medico qui sanatus est. Accidunt autem huic rationi
congruentia et in operibus: prope n. masculorum nonnulla quae
conueniunt nullam in feminam mittere partem ui-
dentur: sed contra femina in masculum quod nonnullis in
lectis accidere uidemus. Quod n. in emittentibus sperma
operatur in femina: id in ipso animali humiditas et uirtus efficit
cum susceptibilem spermatis partem femina emittat. Quae pro-
longo haec animalia tempore coniunguntur et dissepata cito
generant: Coniunguntur n. donec quasi sperma consistat.
dissepata uero cito fetum emittunt: imperfectum n. generant.

omnia. n. hec uermeſ pariuunt: quod aut in auibus & in quæ
 piscium oua parientium accidat id maximum signum est
 neq; ab omnibus partibus sperma e; neq; talem particulam ma
 sculos emittete: que fiat infita ei quod gignitur: sed solum uie
 tute que est in spermate uiuificare sicut diximus de insectis
 in quibus femina in marem immittit: nam siue uentosa for
 te galline conceperint: si post hec coitum patiuntur transmu
 tatur ouum quod erat totum rubrum ad albedinem & fecun
 dum fit pro uentoso: siue ab alio passe coitu fuerint si adhuc
 ouo rubeo toto alijs subiciantur: pulli omnes secundum poste
 riorem proueniunt: ppea qui generosis auibus student hoc
 modo faciunt: primos posterioresq; coitus permittentes quasi no
 misceatur neq; inſit neq; a toto sperma deueniat: nam si ab
 utriusq; uenisset / his eadem certe haberet partes: sed masculi spee
 ma alimentum & materiam que in femina est: qualem quan
 dam per uirtutem effiat: Id. n. facere potest posterius subingre
 sum quoniam caleſcat & digerit: nam ouum quouſq; ce
 ſat accipit alimentum. Id. ipm e in gnatione piscium qui
 oua pariuunt accidit: nam qn femina oua edicat: tunc ma
 sculus aspergit ea ſemento & que tetigerit ea fecunda fiunt:
 que uero non tetigerit infecunda fiunt: quasi masculus non
 ad quantum sed ad quale animalibus conferat. Quod ip
 neq; a toto sperma deicitur in emittentibus animalibus: neq;
 sicut masculus ad generationem femina conferat: sed ma
 sculus quidem principium motus: femina uo materiam pa
 tet ex dictis. Id. n. curio neq; ipa per se ipam femina generat:
 cum mouente determinanteq; principio egeat. Sed in quibusdam
 animalibus ut in auibus ad aliquid usq; natura gnare potest:
 nam he constituent quidem oua sed imperfecta que uocantur
 uentosa. sed gnatio eorū que gignuntur in femina contempit
 non in masculo: neq; rursus masculus in se ipm sperma pro
 iicit: neq; femina: sed ambo in feminam quod ab ipis gignit
 conferunt: In femina. n. materia est ex qua fit quod gignit
 & aliam ſubim ſufficientem esse necessarium est ex qua pri
 mo fetus constituitur aliam accedere ſemper oportet ut augetur:

lam. Si
 o in qua
 i no ſoma
 natura
 ed de his
 & mens ſtrud & ſp
 decere
 masculus
 afuſi ca
 gignitur
 ppul ſp
 n ipo est
 q; accipit
 o probat
 berantib;
 aenſ meo
 ente: sed
 uero in
 apium.
 tem hoc
 non est
 hno lectus
 esse neceſ
 ſe. Id. n.
 e ac ſpe
 ic rationi
 nulla qn
 ulam ui
 nullus in
 sperma
 uictus effiat
 b. In app
 meto cito
 uſiſat.
 n. gnant.

quod conceptum est. Iuare necesse est conceptionem in femina fieri: faber. n. ad lignum & ad lutum figulus est & uniuersate omnis operatio motusq; ultimus ad materiam: ut edificatio in ijs que edificantur. Sed ex istis et quomodo ad generationem masculus conferat quispiam accipit: nam neq; omnis masculus sperma emittit & qui emittit nullam ex eo particulam eius quod gignitur facit: quemadmodum neq; a fabro ad lignorum materiam quicq; deceditur: nec a fabri arte particula quepiam in eo quod fit relinquitur: sed forma & species ab illo per motum fit in materia: & anima quidem in qua est species & scientia manus aut aliam quandam partem quali quodam motu mouet: alio quidem a quibus aliud fit eodem uero a quibus idem: manus uero atq; instrumenta materiam. Similiter autem ex natura que in proiiciente sperma masculino est: spermate utitur quasi organo & habente motus actu: quemadmodum in ijs que per actem fiunt instrumenta mouentur: In ipsis. n. motus artis quodammodo est. hoc igitur modo que sperma emittunt ad generationem conducunt. que uero sperma non emittunt: sed femina particularis suae aliquam in masculum mittit simile faciunt: quemadmodum si materiam quispiam ad artificem deferat: qd debilitatem. n. huiusmodi masculorum nihil potest ad aliud natura plicere: sed uix ipsa quiescente uires in motibus sunt. ita formantibus non fabricatis agentibus similis est: non. n. per aliud tanquam quod constituitur operatur: sed ipsa particularis suis. *De generatione spermatis*

In cunctis animalibus ergo quia essibus dissipatione a masculino femina: & est aliud animal femina: aliud masculus. species uero idem sunt homo utraq;: In plantis uero commixte sunt. he uirtutes nec a masculino femina dissipatione est. Idcirco ipse ex se ipso generant: nec sperma emittunt sed fetus qui uocantur femina: recteq; id Empedocles dicit canens sic. plante primū fecerunt cui instat oliuas: & nam & ouum fetus est: ex aliquo. n. eius animal gignitur: reliquum uero alimentum spermatis est & ex parte et seminis planta nascitur: reliquum germini & primo radici alimen-

tum efficitur: modo aut quodam eadem et accidunt in his
 animalibus in quibus masculus & femina separata sunt: nam quoniam
 generant unum fiunt inseparatum sicut in plantis: & natura
 eorum intendit fieri quod in comixtis atque coniunctis visu
 apparet: omnium enim aliud ex utrisque animal fieri videtur:
 sed que sperma non emittunt longo tempore coniungi na-
 ta donec consistat conceptus sicut que ex insectis coniunguntur
 Alia donec emittant aliquam acquirunt partium que in
 pluri tempore fetum constituat: qua sanguine carentia.
 nam hec in parvula diei quadam adherent: sperma vero in
 pluribus diebus constat. Cum autem hoc ipsum emiserint dis-
 solvantur: sic aperte videntur animalia plante quasi esse
 separate: ut sequitur et illas cum semen protulerint dissolvat
 & in ea que sunt masculinum atque femininum dissiparet.
 que omnia rationabiliter natura operatur: nullum enim aliud
 opus nec operatio ulla preter generationem feminis in plan-
 tarum substantia est. Quomodo ergo id per feminam & masculum
 coniunctis efficitur: inuncta hec inter se & comixta disposuit.
 Idcirco in plantis femina & masculus inseparabilia sunt. Sed
 de istis in alijs consideratum est. Animalis vero non est opus
 solummodo generare: id enim viventibus omnibus commune est:
 verum et cognitione quadam cuncta participant alia maio-
 re: alia minore: nonnulla parva omnino: sensum enim habent &
 sensus cognitio quedam est: cuius nobile atque ignobile multa
 differunt si ad prudentiam & genus in animalibus asperseris:
 nam ad prudentiam quidem quasi nihil esse videtur tactu
 & gustu solummodo participare: ad sensu autem carentia ma-
 ximum. Amabile namque certe esse videtur hanc assequi co-
 gnitionem nec tacere motum & non esse. Differunt autem
 a viventibus animalia solo sensu. Verum quoniam necesse est
 vivere si sit animal cum opus fuerit viventis opus efficere
 tunc coniunguntur & comiscuntur quasi plante ut diximus. Si
 hec vero ex animalibus cum inter plantas & animalia sint
 ut in utrisque generibus existentia neutrorum in solis opus effi-
 citur: nam quasi plante sunt nec sexum habent: nec in aliud

in femina
 vivente
 diffinitio
 generatione
 omnis masculi
 tunc ad
 hanc aucte
 forma &
 vident in
 in partem
 ab aliis sit
 unum
 ante sperma
 nec motus
 instrumentum
 o est hoc
 concludit.
 de his
 admodum
 itatem. n.
 a pueris
 formantibus
 iudicantibus
 is. De generatione
 separate
 aliud ma-
 tibus vero co-
 parata est.
 vident sed
 et dicit ca-
 us: & nam
 itate. reli-
 et feminis
 tici alimen-

generant: quasi uero animalia non gerunt fructum ex se
ut plante sed constituuntur generanturq: ex terra quadā
massa & humida. Sed de horum generatione postea dicen-
 ubi forte obligat carnem aut os facit. Sed quod aptum ē
 & ubi & quando aptum natum est. nam neq: quod potest
 ab eo motu erit quod actum non habet: neq: quod actu
 habet faciet ex quocumq: sicut neq: loculum faber ex non
 lignis faciet: neq: absq: fabro loculus erit ex ligno. Calor
 autē tantus in spermatica inest: superfluitate talemq: actum
 & motum habet: quantum qualisq: ad singulas partes comen-
 suratur. Quantum uero defecerit aut excesserit uel peius
 uel minus reddit quod gignitur. Similiter ijs bene
 que per decoctionem uel ad comedendi usum: uel ad a-
 liud quoddam opus foris preparantur. Sed hic quidem nos
 caloris mensuram ad motum preparamus: ubi uero gene-
 rantis natura prebet: his uero que sponte per seq: nascuntur
 motus & calor temporis causa est. frigus autē caloris pri-
 uatio est: natura uero utriusq: utitur. Virtutem ex neces-
 sitate habentibus, ut alter hoc alterum illud faciat: quod in
 ijs que ginguuntur alicuius gratia contingat: ut ipsorū
 alterum frige faciat: alter calefaciat: sicutq: partium sin-
 gularū. Caro quidem mollis tum necessitate talem efficien-
 tium: tum alicuius gratia. Nervus autē siccus atq: trahi-
 bilis: os fragile atq: succum. Pelle uero carne desiccata
 ginguuntur: sicut in decoctionibus quam amiculum uocant

iciale
 ab
 acina
 nullag
 princi
 apaci
 onib
 ora. n.
 ec em
 dant
 utant
 semp
 recet
 ne qua
 illius
 idem
 gulus
 am
 amen
 sit prin
 uero re
 recte.
 upij a
 ero in
 e sunt
 uorum
 a sangui
 teris uo
 migenes
 ueratio
 agore ē.
 o: de quorū
 mudo & que

igni solui possunt.

sed non solum pp extrema sic accidit eius generatio: uerum
 et quia viscosum superenatat cum euaporare nequeat: sed in
 alijs quidem viscositas sicca est. propterea extrema carentiu
 sanguine animalium silicea & cristata sunt: In habentibus
 uero sanguinem pinguior viscositas est. Et in eis que natura
 non ualde terrestrem habent sub tegmine pellis pinguedo co-
 gregatur: quasi ex tali viscositate pellis effecta sit. habet. n.
 quod pingue est viscositatem nonnullam. Omnia uero hec
 quemadmodum diximus tum ex necessitate gigni putandu:
 tum non ex necessitate: sed aliterius gratia. De mensura caput. c. 15

Primum igitur superior corporulentia in generatione sepa-
 ratue: inferiora uero tempore procedente in habentibus
 sanguinem incrementum accipiunt. Sed causa circumscripsi
 omnibus primo terminantur: postea uero mollitiem duriti-
 emq: colorisq: manifeste accipiunt: tanq: per pictorem na-
 tura depingeret: pictores. n. cum lineamentis primo subum-
 brauerint: tum coloribus imaginem liniunt. Quoniam
 igitur sensuum animalisq: totius principium in corde e-
 st: ita id primum gignitur: propter aut huius caliditate
 ubi uene sursum terminantur: ibi frigiditas conuersum cor-
 dis calorem cerebrum constituit: propterea caput po conti-
 nuam post cor suscipit generationem & magnitudine pre-
 ceteris excedit: maximi. n. ab initio & ingressibilibus &
 in natalibus & in uolatilibus apparent. Cum tamen cete-
 rarum partium nouissimi fiant: conadunt. n. in intermo-
 dio tempore: causa uero est: quia uisus organum in poris
 & meatibus est: sicut & alia sensuum organa: sed gustus
 quidem & tactus organum ante corpus confectum est: aut
 corporis animalium aliquid: olfactus aut atq: auditus
 pori ad exteriorem aera coniuincti complantato spiritu
 referti sunt: Cum uero ad uenulas que circa cerebrum st-
 exant: a corde gignuntur. Oculus uero solus ex orga-
 nis proprium habet corpus: quod humidum atq: frigidum
 est: nec est ante in loco potentia fiant cetera que deinde actu
 postea gignuntur: sed ab humiditate cerebri segregatur pu

rissimum per poros qui apparent ab ipso ad meningā cerebri
 deferentes: cuius signum est, q̄ nec alia particula humida
 & frigida preter eadē cerebrum in capite sit: & oculus frigidus
 & humidus sit. ex necessitate igitur locus hic magnitudine
 primo accipit & postea concidit. Eodem namq; modo et in
 cerebro accidit: quod primo humidum atq; multum est:
 Sed expirante digestoq; humido solidatur magis & conadit.
 tam cerebrum & corpora q̄ oculorum magnitudo: ab ini-
 tio autē pp cerebrum quidem caput maximum ē: propter
 oculorum vero humidum: oculi permagni apparent: no-
 vissimi vero finem accipiunt: qm̄ et cerebrum mixtū consti-
 tuunt: tande namq; a frigideitate humiditateq; in omnibus.
 Sed maxime in hominibus remouetur: id. n. circo uertex
 et omnium ossium nouissimus gignitur: adeo ut iam foras
 egressis embryonibus molle id ob infantium sit: causa uero
 est ut in uiris hoc maxime accidat: quoniam humidissimū
 plurimumq; ceteroꝝ animalium cerebrum habent. Cuius
 causa est: quia calorem et cordis purissimum possident.
 ostendit autē temperamentum mens eius singentissimum.
 n. animalium homo est: Infantes et longe usq; caput pp cere-
 bri pondus. Et similiter quascunq; partium mouere oportet
 tenere nequeunt: principium. n. motus tande superiori-
 bus dominatur: & ultimo quorumcunq; motus non cōiun-
 gunt ipi: ut pedum: talis et particula palpebra est. Verum
 quoniam nihil frustra, nihilq; superfluum natura facit: pa-
 tet quia neq; prius neq; posterius: frustra. n. aut superfluum
 esset quod gignitur. Quare necesse est ut simul segregari
 moueriq; possint palpebre. Tande igitur animalium oculi
 perficiuntur pp multitudinem eius digestoris que in ce-
 rebro est. Nouissimi uero quoniam nisi ualde motus su-
 peret: nequeunt moueri particule que ita longe a princi-
 pio frigideq; sunt. Talem uero esse palpebrarum naturam
 inde patet q̄ quantuncunq; onus capiti uel pp somnum
 uel pp ebrietatem: aut aliud huiusmodi accidat non pos-
 sumus palpebras leuare: Cum paruo premantur onere

Sed de oculis quidem quomodo gignantur & qua de causa
per articulationem extremi accipiunt iam dictum est.

De formatione membrorum principalium post os C. xv.

Ceterarum uero partium singule ex alimento gignantur
nobilissime quidem & principalissimo principio: parti
cipantes autem ex digesto purissimo primoque alimento. Partes
uero necessarie harumque gratia ex deteriori & ex reliquijs
atque superfluitatibus: nam ut dispensator bonus: sic. n. natu-
ra nihil arduum solet coram ex quibus utile quicquam fieri
potest. In dispensationibus uero ubi optimus quidem hinc
res distribuitur: perior autem superfluumque illius ministerio:
pessimus animalibus quo una nutriuntur. In eadem
dum igitur ad cœmentum foris hoc intellectus facit: sic in
ipsis que gignantur natura. Ex purissima quidem ma-
teria carnes & alios organos sensuum corpora consti-
tuit: ex reliquijs uero ossa: nervos: pilos: unguis: pre-
terea ungulas amictusque huiusmodi: ideo ultima hec consti-
tuuntur: cum iam nature aliquid relictum sit. Ossi-
um ergo natura in prima constitutione partium ex
spermatias reliquijs gignitur: Cumque animalia ex tali
crestant elemento: ipsa et incrementum ex illo accipiunt
ex quo partes principales, ex reliquijs tamen superfluita-
tibusque ipsius: fit. n. in omnibus quod primum & quod
secundum. Et alimenti aliud nutritiuum, aliud argu-
mentatiuum est: nutritiuum quidem quod toti & par-
tibus esse prebet: argumentatiuum uero quod magni-
tudini addit: de quibus determinandum magis postea est.
Eodem autem ossibus modo & ex istis uerum quibus consti-
tuuntur. Ex spermatias uidelicet nutritiis que reliquis:
Unguis uero pili: ungule: cornua: rostra: aurium callosa
& siqua huiusmodi alia particula est, ex alimento aduen-
ticio ac argumentatiuis quod acquiritur a femina &
ab eo quod de foris est. Propterea ossa quidem usque ad aliqd
incrementum accipiunt: omnibus. n. animalibus termi-
nus quidam magnitudinis est: quod incrementum et ossium.

nam si hec semper crescerent: animalia et quibus aut os
 est: aut proportionale crescerent profecto quod diu uiuerent.
 hec. n. terminus magnitudinis animalium sunt: sed qua
 de causa non semper crescunt postea dicendum: Pili uero ex
 his similia crescunt quod diu sunt et magis in egrotationibus
 et quando corpora senescunt atque decrescunt. nam cum mi
 nus in principalibus pro senectate et morbos consumi accidat
 plus reliqui fit. Cuius id est pro etatem defecit: illi quoque
 deficiunt. Ossa uero ei contra: simul. n. cum corpore parti
 busque decrescunt: pili autem et in mortuis crescunt: non enim
 ab initio generantur. Sed de dentibus quosdam dubita
 bit: natum. n. eandem ossibus habent: et quinguntur ex
 ossibus cum pili: cornua ceteraque huiusmodi ex pelle. Prop
 terea et cum pelle colores mutant. Alba. n. et nigra uarique
 secundum colorem corporis fiunt: dentes autem minime.
 ex ossibus. n. in animalibus sunt in quibus dentes et ossa
 sunt. Crescunt autem ossium soli per uitam: quod patet in
 dentibus secundum tactum ab inuicem declinantibus: cum
 uero incrementi ut quidem aluuntur gratia pro opus est.
 cito. n. nulla de fluxu facta tererentur. Cum et nunc
 nonnullis senescentibus nec magnos habentibus comesti
 uisque atterantur omnia: quia maiori quam crescunt proportio
 ne minuuntur. Quare et id bene ad accidentia natum
 aduenit. Ad senectutem. n. et finem defectam dentium
 aduenit. Si autem uita mille aut plurium annorum esset pro
 magnos ab initio fieri oporteret renasque sepius: nam et
 si continue crescerent, inutiles tamen ad opus fierent pla
 niores attritu facti. Cuius igitur gratia crescunt dictum est.
 Accidit autem ut nec eandem naturam ceteris ossibus dentes
 habeant. Ossa. n. in prima constitutione cuncta quingunt
 nullumque postea: dentes uero postea. prope sepius cum exi
 derint possunt renasque: tangunt. n. sed non sunt conge
 niti ossibus: ex alimento tamen quod ossibus distribuit
 quinguntur. Quare eandem habent naturam et tunc cum
 illa iam numerum suum habeant. Cetera igitur animalia

FRANCISCVS GREGORIUS

nisi quicquid preter naturam fiat dentes aut proportionale habentia nascuntur. Perfecta. n. homine magis in generatione absoluntur. homo vero nisi quid preter naturam accidat non habens. Jua vero de causa nonnulli dentium & nascuntur & decidunt: nonnulli non excidunt postea dicemus. Vnde quoniam tales particule ex superfluitatibus sunt, prope homo nudissimus corpore omnium animalium est: & unguis secundum magnitudinem minimos habet: superfluitatem. n. terre terre minimam habet: superfluitas. n. est quod indigestum est: terre terre autem indigestibilissimum in corpore omnium est. Quo modo igitur singule partium constituuntur & que generationis causa sit dictum est. Quo embryones mutantur & crescant. c. 16.

Crescant autem embryones qui animalia parvuntur ut crum pridem dictum est per umbilici affixionem: nam cum nutritiva virtus anime in animalibus sit constituta umbilicam quasi radicem in utero iacit. Est autem umbilico vena in operculo plures quidem in maioribus ut bovi & similibus: in mediocribus vero due: in minimis una. per hunc igitur sanguineum alimentum accipiunt: Securi. n. multas venas terminari sunt. Cum igitur utroque ordine denticulata & non utriusque denticulata ea quorum uterus non unam venam magnam atque pertensam habet. Sed pro una multas & spissas ligamenta in utero habent, que cotyledones appellantur ad quas umbilicus affigitur. Venae namque hinc atque hinc ex umbilico ad uterum protendantur: & ubi terminantur ibi fiunt cotyledones, que rotundum quidem in utero habent: ovum vero in embryone. Intra autem uterum & embryonem secunda membranae sunt. Sed cotyledones embryone crescente minores redduntur: ostendo profecto delentur. In his. n. sanguineum uteri alimentum tanquam in uberibus natam precondidit. Propterea quia ex multis paulatim congregatur quasi pustula rubens cotyledonis corpus efficitur. Quousque igitur minor embryo est nec multum nutrimenti potest accipere manifesti maioris sunt: cum autem & orruerit concidunt. Multa vero manent

animalium ac utriusque denticulorum non habent cotidones in utero. sed umbilicus in unam tendit uenam que per uterum magnitudinem habens tenditur. Verum quoniam horum animalium alia unum alia multa parvitas plures embryones eundem uni habent modum. Oportet autem hec ab exemplaribus que in anatomis & que in historiis conscripta sunt considerare: ex umbilico. n. araha dependent & umbilicus ex vena demum inter se capta uenam fluentem quasi riuum. Circa uero singulos embryonum membrana & locus est. Qui autem dicunt pueros in utero nutriri: quoniam caruncula quedam iniicitur non recte sentiunt. Idem. n. in ceteris animalibus accidere: quod minime cernitur & tamen facile per anatomias conspici potest. Circa et omnes embryones tanuolabiles quoniam natales & gressibiles similiter tenues membranas sunt ab utero & humoribus qui infans separantur in quibus neque in ipso tale quid nullum est: neque per eas possibile est aliquid fructum fieri. Cuncta uero que in ouis parvuntur manifestum est: quia separata ab utero incrementum foris accipiunt. Que araha ex similibus & que ex

Fit autem in animalibus coniunctio se diversis generibus. c. 17.
 cunctum naturam in eis que eiusdem generis sunt. Sed tamen et in eis que naturam quidem propinquam habent: species autem differunt. si magnitudine quasi equalia fuerint & gestationis tempora equalia sint: hec in aliis raro fiunt. fiunt autem in canibus & vulpibus & lupis. Indica et canes ex quadam fera conformi & cane coniunguntur. Idem et in anibus cotinus accidere perspectum est: ut in perdibus & gallinis: sed ad uoces quoque unquam accipitros spiritus differentes inter se miseri uidentur. et in alijs quibusdam anibus eodem modo. In marinis uero nihil memoria dignum perspectum est. Sidentur tamen qui raro sentiri uocari possunt & rara & statim nasci coniunctis de Libya quoque trito pro uerbo dicitur quod semper aliquid noui ferat. Quoniam diuersa inter

se genera coniunguntur dictum est: nam pp aquarū pemi-
 riam in paucis locis ubi fluentia sunt conuenticia et cuncta
 sa genera comiscuntur: & cetera quidem que huiusmodi con-
 iunctione coniunguntur. Conuenire rursus inter se masculus
 & femina & genere conspiciuntur: multo autē sole horum
 infecunda sunt: nam neq; mulis neq; alijs conuicte gene-
 rant. Problema uero uniuersaliter est: quam nam ob causā
 masculus uel femina infecunda fit: nam & mulieres & uiri
 similiter & aliorum animalium in singulis generibus: ut
 in equis & omnibus infecunda inueniuntur. Mulierum uō
 genus totum est infecundum: sed cause infecunditatis in a-
 lijs plures accidunt: nam & qm ex generatione loca que
 ad coniunctionem conferunt lesa fuerint infecunda tam
 mulieres q; uiri fiunt: & ille quidem non pubescunt: isti
 uero non habescunt. Sed castrati perseverant: non nullis
 etate procedente idem pati accidit: nōnunq; pp bonam
 habitudinem corporis. In pinguioribus. n. feminis & uiris
 habitudine meliorib; spermatica superfluitas in corpus con-
 sumitur: ita huius sperma: illis menstrua nō sunt: nōnunq;
 pp egrotationem: Alteri quidem humidum atq; frigidum
 emittunt: alteri uero malofunt purgationes & egrotationes
 superfluitatibus plene. Multos autē tam uirōs q; mulierib;
 et pp lesionem partium atq; locorū qui ad coniunctionem
 conferunt ea passio accidit: fitq; nōnunq; sanabilis: nō-
 nunq; contra. Sed maxime infecunditas perseverat: qm
 in prima constitutione tale quid factum sit. fiunt. n. mu-
 lieres masculinæ & uiri femineæ & illis menstrua nō acci-
 dunt. Istis tenuis atq; frigidum est sperma. Propterea ratione
 baliter uirorū sperma periculo in aqua comprobatur: si in-
 fecundum sit: atq; n. quod tenue atq; frigidum est su-
 pernatans diffunditur: fecundum autē in profundum
 descendit: nam quod digestum est calidum est: Digestū
 uero est quod compactum & crassum ē. Mulieres autem
 probantur appositionibus si ad exteriorem spiritum ab in-
 fra sursum olores perueniunt: coloribus q; oculi pinguantur.

consideratur: si sputum in ore coloratur: nam si hec non accidunt
 significant corpus confusos atq; conclusos eos poros habere: quibus
 superfluitas segregatur: locus. n. qui circa oculos est magis q; cetera
 capitis loca spermatica sunt. est. q; in coniunctionibus solus ma-
 nifeste transformatus ostendit: plurima et uenere utentibus ocu-
 li manifeste deprimuntur: cuius causa est: quia natum sper-
 matis cerebri nature similis est: aquea. n. materia eius est: ca-
 lida aut aduentitia est. spermatica quoq; purificationis a
 succintorio sunt: hec. n. principium nature: ut motus ipsi ad
 pectus ab articulis perueniant: ac odores ex pectore sensum per
 respirationem faciant. In hominibus igitur ceterisq; generibus
 ut particulatim prius dictum est lesio huiusmodi accidit.

De causa infertilitatis mulierum

. C. 18.

Mulorum generis aut totum infertundum est. De causa
 uero Empedocles atq; Democritus: quorum alter obstruere
 Democritus diluere magis dicit non recte opinantur. asse-
 runt. n. similiter in omnibus eis demonstrationem que diuer-
 sa genere coniunguntur. Democritus igitur ait meatus mulla-
 rum qm non ex eodem genere animalium a principio na-
 te sunt corruptos in uteris esse. sed accidit in alijs animali-
 bus: quibus illud sit non minus tamen generare: atqui oportet
 teret: si ea infertilitatis causa esset: cetera et que eodem mix-
 tionis modo nata sunt infertunda esse. Empedocles uero cau-
 sam affert: quia mixtum spermatis spissa fiat: quibus ex utroq;
 molli constituatur: concava. n. spissis utroq; coaptari & sic
 ex mollebus duram fieri: ut si stano es misceretur: ita nec
 erit atq; stagni causam recte dicit. Sed de hoc in problematibus
 dictum est. nec omnia principia ex natura facit. Concava
 .n. resoluta quomodo inter se coaptata mixturam ut in uino
 & aqua faciunt: hoc. n. dictum superius est: nimium namq;
 sensum excedit: quomodo. n. uini & aque concava capiun-
 da sunt. Ad hec qm accidit ex equis equum: ex asinis asi-
 num & ex equo & asina aut asino & equa mulum nasci.
 quamobrem ex istis quidem adeo spissum efficitur ut infertun-
 dum sit quod nascitur. Ex equo uero & equa & asino & asina

FRANCISCO GREGORIO

inferendum non ^{ignitur} atq; et equi & equae permolle e:
 miscetur aut equa asino & equus asino: & idcirco ex utrisq;
 inferenda nascuntur ut ait quia ex utrisq; spermatis molli-
 bus unum quid fiat. Oporteret igitur & hoc ex equo & equa nati-
 tur: nam si alterum solummodo misceret: posset dicere quoniam altera
 causa est generandi: cum non simile totius spermatis sit:
 nunc vero quare illud est cui miscetur: tale & hoc quod
 eiusdem generis est. praeterea de utrisq; demonstratio haec est
 tam masculo quam femina similiter dicta est: generat aut masculus
 solus ut aiunt septentis: femina vero inferenda omnino est: et
 hoc ideo quod ad finem usque non emittit: concepisse namque
 mulam iam constat. forte autem verisimilior istius demonstra-
 tio logica illa videbitur: logicam autem ideo dico: quia quan-
 to univocalior est: tanto longius a propriis principiis abest.
 Ea talis est: nam si ex masculo & femina eiusdem speciei in si-
 mili specie femina vel masculus nascitur: ut ex cane masca-
 lo & femina masculus vel femina canis. Si et ex diversis
 speciebus aliud speciei ut ex cane qui aliud speciei a leone est
 masculo atque femina aliud & ex leone femina & masculo.
 aliud & ex leone masculo canemque femina aliud. Cum mu-
 lus & mula inter se non differentis speciei nascuntur: sicutque
 mulus ex equo & asina: que diversae speciei sunt: impossibile
 est mulos ex mulis fieri: aliud. n. genus possibile non est
 quia ex masculo & femina speciei eiusdem idem speciei gin-
 gitur. Ex diversis autem speciebus aliud nasci animal possumus.
 haec igitur ratio valde univocalis & una est: rationes. n.
 que ex principiis propriis non sunt vano sunt: & videntur
 tamen res esse cum non sint: nam que ex geometricis prin-
 cipiis fluunt geometricae sunt: in alijs quoque similes. Va-
 num tamen quousque esse aliquid videntur: nihil tamen est.
 Vera igitur non est: quia multa corpora que ex diversis ge-
 nerantur facienda sunt sicut iam pridem diximus. hoc ergo
 modo nec de alijs nec de naturalibus quereendum est. Ve-
 rum ex his que asinorum generi equorumque insunt sequitur colligi
 deest causam magis sumet. nam prius utrumque ipsorum

ex eiusdem speciei animalibus unum parit: deinde non
 semper femine ex masculis concipiunt. preterea ex intermis-
 sione ad coitum equos aducunt, quoniam crebro ferre non possunt.
 & equa menstriosa non est, sed minimum ceterarum quadrupe-
 dum emittit. Asina vero coitus effectum non retinet, sed e-
 mingit ut plurimum: ideo persequuntur ac verberant. preterea
 frigidum animal asinus: quoniam in frigidis nimium lo-
 gigni non solet: cum natura eius male sufferat frigus ut in
 scythia & in locis vicinis: et in ceteris a superiore atque suavia.
 frigida. n. et illa regio est, hac quoque de causa asinabus non
 sicut equabus in equinoctio sed in estivali solstitio admissari-
 os imittunt: ut in calido tempore pulli generentur: in eode-
 .n. tempore nascuntur in quo concepti sunt: cum tam equa
 quam asina annum gestet. cum igitur frigidus natura sit, spe-
 rma que ipsius frigidissima esse necesse est. huius vero signum
 est: quia si equus in eam ascenderit que ab asino concepit
 non corrumpit conceptum: Sin vero asinus post ascenderit
 equi sperma propter frigiditatem sui corrumpit. Quando igitur
 permiscetur propter alterius calorem servatur. Calidus. n. est
 quod ab equo segregatur: asini vero & materia & genera-
 ra frigida est: Cum equi calidior sit: Quando autem calidum
 frigidum, aut frigidum calido permixtum fuerit, tunc acci-
 dit ut fetus ex istis natus salvetur. secunda. n. ista eximie
 sunt: quod vero ex istis est non fecundum: sed infecundum quoniam
 non perficitur est: Et omnino cum utroque ad infecunditatem prochi-
 vis sit: nam & asinus preterea que dicta sunt nisi post
 primam ejectionem generare coeperit: nullo modo amplius
 generat: adeo parum abest ut omnino corpus asinorum infec-
 undum sit: & equus similiter ad infecunditatem tendit tan-
 tumque inde abest, quantum est ut frigidius fiat: quod ex eo
 est: Id autem fit quoniam asini emissionem permiscetur. Asinus quoque
 similiter paululum abest: quin in coniunctione propeca in-
 fecundum generet. Quare si mixtum ex propria specie
 generant: cum aliquid preter naturam accesserit, tunc quod
 ex istis nascitur infecundum & propter naturam magis est, nec

re aliqua ut infecundum sit indigebit: sed erit excessiua
 te infecundum. Accidit autem ut corporum et mulatum ma-
 gna fiant: quia menstruorum segregatio uertatur ad mixtum.
 Verum quoniam gestatio istorum annua est, non solum con-
 cipere mulam oportet: uerum et ex nutrire: id uero fieri
 non potest nisi menstrua fiant: mulabus autem non fiunt
 sed quod quidem inutile est: id cum uelut superfluitate emit-
 titur. Quocirca muli non genitales partes feminas ut cetera
 monungula sed ipsam superfluitatem olfaciunt. Reli-
 quum uero ad incrementum atque magnitudinem uertitur
 quare concipere aliquam femina potest: quod factum esse con-
 stat: nutrire autem ex mulam usque producere impossibile.
 masculus uero generabit profecto: quoniam calidior natura quam
 femina est: et quoniam nullum admixtura corpus confert:
 quod autem nascitur ginnulus est. hic uero mulus est masculus
 nam est ex equo et asino ginnuli nascuntur: quoniam in utero
 fetus egrotauerit. ginnulus. n. est sicut porcinolus in por-
 cis: porcinnulum. n. quod in utero lesum est appellant.
 Talis autem fit quicumque de porcis forte in utero lesus fuerit.
 Similiter autem et proci fiunt: nam et isti secundum partes
 et magnitudinem gestatione leduntur: ~
 Tertius Liber de generatione animalium incipit.

De parientibus oua capta primam.
Verum de mulatum quidem infecunditate et
 de generantibus animal tam foris quam in se ipso
 dictum est. In habentibus autem sanguinem oua
 parientibus generationes partim similes per se
 se habent ipse et gressilibus et idem aliquid accipi de
 omnibus potest: partim differentiam gerunt se et ad gressi-
 bilia animalium habent. Omnia uero a coniunctione
 spermatisque a masculo in feminam immisso gignuntur. pa-
 rientium autem oua: aues quidem perfectum duricoribus
 ouam effundunt: nisi quid morbo ledatur: Suntque auius

omnia duorum colorum. Piscium uero cartilaginei quidem
 ut sepius dictum est oua primo in se ipsis deinde animal pa-
 riunt ex altero in alterum uteri locum ouo translato. Molli
 corium uero unius coloris ouum iporum est. Somus autem solus
 istorum qui rana uocatur aial non parit: cuius rei causam
 postea dicemus. Ceteri uero piscium qui oua pariunt imper-
 fectum & unius coloris ouum effundunt. foris. n. incrementum
 acquirunt eadem de causa qua & oua que intus perficiuntur
 Verum de uteris quas habent differentias & quibus de cau-
 sis sint dictum est primo. Animal. n. parientium quedam
 supra ad succinctorum uteros habent: quedam infra per
 articulos. Supra quidem cartilaginei pisces: infra uero que &
 in se ipsis animal concipiunt & foras proficiunt ut homo
 equus: ceterorumque huiusmodi singula. Oua & parientium
 quedam infra sicut pisces qui oua pariunt: quedam supra
 sicut aues. Sed conceptus & per se de sponte in auiibus sunt.
 Vocanturque oua uentosa & a quibusdam fauonia. hec in
 auiibus non uolatiuis neque aduncis sed in multisetis que
 multam habent superfluitatem gignuntur. Aduncas. n. in
 alas & pennas huiusmodi segregatio uertitur: & corpus
 paruum habent & siccum & calidum. Menstruatis uero
 segregatio & genitura superfluitas est: quoniam igitur pennarum
 natura & spermatis ex superfluitate fit: non potest aduncas
 multum naturam impendere. hac est ipsa de causa adunca
 nec coitua nec multisetis sunt sed grauiora & non uola-
 tina: quorum corpora maiora sicut columbarum atque si-
 milium: nam grauiora & non uolatiuis ut gallinis perdi-
 cibus ceterisque huiusmodi multa superfluitas talis efficitur.
 Ideo masculina eorum coitua sunt & femina multam
 emittunt materiam parientis: ista quedam multa: que-
 dam multotiens. multa ut gallina. perdix & strutio
 hircus. Columbiniformia uero sepius sed non multa. In-
 ter grauiora. n. & adunca hec sunt. Volatiua namque sunt
 ut adunca: corporis uero magnitudinem habent ut gra-
 uia: quia igitur uolatiua sunt: & huc superfluitas uertitur

pauca parviunt: quia uero magna corpore & uentrem
 calidum maximeq; digestivum habent: & ad hec quia fa-
 le album acquirunt sepius. Adunca uero diffusissime: pau-
 ue quoq; auis coitine atq; multifete sunt: sicut nonnunquam
 et plantae. Incrementum. n. corporis spermatica officatur sup
 fluitas. Quapp galline adiacente multifete sumopere sunt.
 nam pp paruitatem corporis ad fetificationem alimentum
 consumitur: ignobiles quoq; multifete magis sunt q; gene-
 rose: humidiora. n. & mariora illis corpora sunt: his uero te-
 nuiora & sicciora: generosi. n. animi in huiusmodi corporib;
 magis nascuntur. Ad hec tenuitas et peritum atq; imbecili-
 tas confert: ut natura istoz coitina & multifeta sit: sicut et
 in hominibus: in talibus. n. incrementum pedum ad sperma-
 ticam uertitur superfluitatem: quodq; inde natura tollit
 huc affect. Adunca uero robustam habent basim crassosq; pe-
 des pp uiuendi conditionem. Quare his & omnib; de causis
 neq; coitina neq; multifeta sunt. Cenchus tamen multifeta
 est: Sola. n. ferre adunca & auium hec bibit: humiditas aut
 tam innata q; aduentitia cum caliditate innata spermatica
 est: non parit tamen ualde multa sed ad summum quatuor.
 Cuculus aut parifeta est: quia adunca non sit: quia non
 frigida est: quod timiditas eius ostendit: auis uero spermati-
 cam calidum & humidum esse oportet. q; aut formidolosa sit
 patet: pellitur. n. arcantibus auibus & in alienis parit nidis.
 Columbigformia uo ut plurimum duo parere solent: na neq;
 monochoca: cum nulla unum auis preter cuculum pariat:
 & hec nonnunq; duo: nec multifeta sunt: sed duo sepe uo
 aut sumum tria parviunt: sed duo plerumq;: hi. n. numeri-
 miter unum & multa sunt. q; aut in multifetis alimentum
 in sperma uertitur ab accidentibus patet: nam & arbor
 multe cum multum fructum produxerint desiccantur
 post fertilitatem: cum non sit alimentum corpori delectu
 & animalia idem pati uidentur ut legumina: triticum
 ceteraq; huius: totum. n. alimentum in semen consumit:
 multa. n. seminis genus esse. Gallinae q; nonnullae

cum multa sic ediderint, ut et duo in die effuderint post co-
 profam feturam mortue sunt: aride namq; fiunt tam dures q̄
 plantę. hec aut passio excessus emittende superfluitatis est:
 hec et passio in leone posterioris infecunditatis causa ẽ: primo
 .n. quinq; aut sex parit: deinde quatuor & rursus tres catu-
 los & postea sequentem mimum usq; ad unum & demum
 nullum tanq̄ superfluitate consumpta & simul etate deficiente
 diminuto spermate. Quibus igitur auibus uentosa quinq; &
 que multifeta: que paucifete ipsas sunt, quibusq; de cau-
 sis dictum est. De natura & dispositione ouorum .C. 11.

Sed uentosa ut diximus prius ideo quinq;antur: quia
 in femina materia spermatica infit: nec menstruorū
 gen segregatio in auibus fiat: quemadmodum in animal gene-
 rantibus sanguinemq; habentibus: his .n. omnib; quibusdam
 magis: quibusdam minus fieri solet: quibusdam tanta mul-
 titudine ut signum solimodo afferat. Similiter aut fiat &
 auibus nec piscibus fit. p̄ca in istis sine coitu ut et in auib;
 fetus concipiuntur licet minus manifeste: qm̄ natura eorū
 frigidior est. Segregatio aut menstruorū in animal gene-
 rantibus in conueniente superfluitatis tempore fit: & qm̄ lo-
 cus pens̄ diazoma calidus est: magnitudine persistat. Vesp̄
 ad generationem tam hec q̄ piscium sine masculi spermate im-
 perfecta sunt: cuius causa dicta iam pridem est: in uolatiuis
 aut auium non quinq;antur uentosa eadem de causa p̄
 quam multifeta hec non sunt. Pauca .n. superfluitas in ad-
 imial est: & ad motum segregationis superflui masculo indi-
 get: quinq;antur aut uentosa plura fecundis & magnitudine
 minora p̄ unam eandemq; causam: nam quia imper-
 fecta sunt: minora magnitudine sunt: & quia minora p̄ca
 numero sunt plura: minus aut iocunda sunt: quia min⁹
 digesta: digestalim .n. in omnib; suauis est: q̄ igitur neq;
 auium neq; piscium ad generationem sine masculo p̄ficiat̄
 satis perspectum est. Quero et in piscibus conceptus sine
 masculis accubat non similiter: maxime aut in fluuiabus
 conspectum est rubolis id accidere: nonnulli .n. consp̄sim

habere ova cernuntur: ut in historijs de ipso constat. Sed
 omnia in auiibus nec illa ova que per coitum gignunt possunt
 ut plurimum incrementum accipere: nisi coitum crebro galli
 na patiatur: cuius rei causa est: quia quemadmodum in
 mulieribus appropinquatio masculi segregationem menstru
 orum attrahit: cum trahat uterius hac calidus humidum
 poriq: sic recludantur. Similiter et in auiibus accidit pau
 latim menstruali superfluitate defluente, que foras quidem
 non profunditur, qm pauca est: & qm uteri supra fenest dia
 zoma sunt: defluit aut in ipm uterum. hec. n. ouum au
 get sicut quod per uterum antea parientium affluit em
 bryones per umbilicum: nam quando semel auis subacte
 coitu sunt cuncta fere ova concipiunt licet admodum
 pauca: quocirca & uentosa et nonnulli asserunt non gi
 gni: sed reliquias prioris coitus esse quod factum est. Satis. n.
 in pullastris tam galline q̄ anseris sine coitu facta esse per
 sperimus: & adhuc per dices femine & sine coitu & coitu passe
 erip que ad uenationem adhibentur olfacientes masculum
 uocemq: ipse audientes: ille quidem implentur: hec uero
 citius parunt. Cuius passionis eadem causa est que in hominibus
 & quadrupedibus. cum. n. corpora ad coeundum procliuia
 sunt: tunc alijs uidendo, alijs paulisper tangendo sperma
 profunditur: huiusmodi aut auis coitine seruandum nam
 sunt: paruo igr motu egēt qm inclinante & cito emissio
 earum fit. Itaq: in his quidem que sine coitu sunt, irri
 ta uentosaq: constituentur: In his uero que iam subacte
 fuerunt cito cresunt atq: perficiuntur. De humoribus ouorum. C. 117.

Eorum uero que oia foris pariunt auis quidem
 perfectum ouum effundunt: pisces uero imperfectum
 foris. n. incrementum accipit ut dictum est prius. Causa
 uero est quia genus piscium multatatum est. Impossibile
 igitur est multa mens ad perfectionem peruenire. Ideo
 foris parunt effusio uelox est: qm uteri piscium qui o
 ua foris parunt penes articulos sunt. Sunt aut auis
 bini coloris: piscium uero cuncta: cuius coloris uero causa

TRADITIO GREGORII

ex virtute utriusq; albi dico atq; rubei percipi potest. Segregatio .n. ex sanguine fit: nullum .n. animal sanguine carens ova parit: & sanguinem corporum esse materiam sepe numero iam dictum est. Calidum igitur proprius aut formam eius est quando partes contingunt: quod vero terrestre magis est id constituti onem corporis facit & remotius est. Propterea in ovis que bini coloris sunt principium quidem generationis ex albo animal suscipit. In calido .n. est animale principium: alimentum vero ex rubeo. In calidioribus igitur secundum naturam animalibus se parata seorsum sunt: id ex quo principium gignitur & id ex quo alitur & alterum album alterum rubrum est. Estq; album & purum semp & plusq; rubrum atq; terrestre. In minus autem calidis atq; humidioribus rubrum & plus & humidius est. quod in anibus palustribus accidit: nam cum humidiores natura sint: frigidiores et ceteris anibus sunt: itaq; ova istar multum habent vitellum minusq; rubrum: minus .n. albu disseparatur. Que vero frigida natura & magis humida in parientibus ova sunt: quale genus piscium est. ea album separatim non habent partim pp parvitatem: partim pp multitudine frigiditatis atq; terrestri. Quapp unius coloris omnia piscium sunt: & ad rubra quidem alba: ad alba vero rubra: Avium autem vitula et venosa: ista bicoloratione non carent: habent .n. particulas utranq; ex qua erit & unde futurum alimentum est: sed imperfectas & masculo indigentes: nam hec verita vertuntur ad fecunda si masculum tempore quodam substituerint: non est aut masculus & femina bini coloris: causa ut album quasi a masculo, rubrum quasi a femina esse videatur: sed ambo a femina sunt: & alterum frigidum alterum calidum. In quibus igitur multum calidum est separantur: in quibus vero parum non possunt. Propterea unius coloris talium ova sunt sicuti dictum est. Spermata vero solummodo constitunt & hac de causa primo quidem album atq; parum quod in anibus conceptum est apparet. Procedendo aut totum rubrum pluri semp sanguineo se commiscendo: & demum segregato calido album circumfunditur

Sed
fuit
galli
in
instru
dum
lit pan
videm
et dia
n au
uit em
bacte
um
n gi
et .n.
e per
n passe
culum
uero
in hoi
oclinia
sperma
nam
missio
bi viri
bacte
b) ouoz .C. 117
idem
etum
ausa
ossibile
ideo
qui o
anibus
causa

quasi ebulliente humido sinitur dicitur: album. n. natum quod
humidum est: sed habet calorem in se ipso animale. prope
separatur & circumfunditur: rubrum uero atque terrae in
tibus. Et si multa quisquam ova confringat ac in uesica uel
aliquo huiusmodi detrahat igne qui caloris motum non
uel calorem segregatione ouorum faciat. quemadmodum in mi
co ovo: sic in multorum constitutione ouorum: rubrum quod
in medium compellitur & album uero circumfunditur. Qua
re igitur alia ouorum uisus coloris: alia duplicis sunt dic
tum est. De figura & cremento ouorum

Segregatur autem in ovis principium masculi: ubi ovis
utero affigitur. Duplex autem ouum coloris dissimi
le gignitur: nec omnino rotundum: sed ad alteram partem
acutum. Differre namque semper id albi oportet: in quo prin
cipium habet: idcirco dicitur hac parte ouum est quod infra.
oportet. n. ut ouum tegat & defendat principium: prope
oui acutum posterius egreditur. Posterius. n. egreditur
quod affixum erat: erat autem affixum secundum prin
cipium: principium uero in acutum est. Id eodem modo
se habet in plantis & seminibus: nam principium se
minis partim in ramis: partim in putaminibus: partim
in nucleis affigitur: quod in leguminibus patet: ubi. n.
in eo qui oculus dicitur fabae & beryrum & huiusmodi
seminum copulatur: ibi seminis principium affigitur.
Dubitabit autem quisquam de ouorum incremento quomodo
ex utero accidit: nam animalia per umbilicum alimen
tum suscipiunt: oua uero per quid nam: non. n. perse
ipsa sicuti uermes nascunt. Si uero est quicquam cui affigun
tur: quo istud facta perfectione uertitur: non. n. una
egreditur sicut umbilicus cum animalibus: nam cum
perfectum sit testa efficitur quod circumdat. Recte igitur
queritur quod dictum est: latet tamen quia quod testa
factum est: ut primo molle erat membrum: facta uero
perfectione durum & fixum: sic modocriter factum est:
ut exeat quidem adhuc molle: aliter. n. dolorem afferet.

in partu: egressum vero statim durescat frigiditatem evapo-
 rante uelociter humido pp pauatatem terrestresq: decheto.
 huius igitur membrane initium umbiliciforme secundum
 acutum est & dependet quasi fistula cum adhuc parua sint.
 que patet in paruorum aborsu ouo: nam si balneata uel si
 aliter auis frigerit: quicq: eiecerit: sanguineus adhuc fe-
 tus uidetur. huiusq: in se ipso paruum umbiliciforme. Cum aut
 maior fiat: tum id magis circumdantur: minusq: redditur: cuq:
 perfectum fuerit is terminus in oui acuto fit. Sub hoc aut est
 interior membrana que album & rubeum ab hoc determinat.
 Cum igitur perfectum fuerit totum ouum soluitur: & um-
 bilicus rationaliter non apparet. Ipsius. n. ultimi extremu
 est. Egressus uero et contra fit in ouis atq: in his que animalia
 parunt. huius. n. in caput atq: in principium: ouo aut quasi
 ad pedes egressus fit. Cuius causa est ut diximus quia in
 principio affixum est. De generatione ex ouo .C. V.

Generatio aut ex ouo in auibus accidit incubante &
 condigente aut: animaliq: ex parte oui altera segre-
 gatio. Inuementum aut confirmationemq: reliqua ex parte
 suscipiente: nam. n. simul animalis materiam & sufficiens
 alimentum in ouo ponit: nam qm auis perficit in se ipa
 non potest: in ouo simul parit alimentum: Corp. n. que
 animalia generant alimentum in alia partecula fit lac
 dico in uberibus. Auibus. uero in ouis id natura prepara-
 uit: contra q multi inu putant & Alcmeon cotomida
 contendit: non. n. album lac est sed rubeum: hoc. n. alime-
 tum pullor est. Illi uero pp similitudinem coloris album ee
 arbitrantur. pullus igitur ut dictum est ante incubante gi-
 gnitur: quus si temperies temporis fuerit: aut locus calidus
 ubi posita sunt tam auium q quadrupedum oua parien-
 tium excluduntur: omnia. n. in terram parunt. condisge-
 runturq: a calore qui in terra est. que aut ouifecantur
 atq: quadrupedum incubant: defensionis gratia magis id
 faciunt: Eodem aut modo & auium & quadrupedum
 animalium oua gignuntur: diuicoria. n. & huius coloris st.

SS

& penes diazoma constituntur: quemadmodum & avium.
 Cetera q̄ omnia tam in eis q̄ foris similia accidunt. Quamobrem
 eadem speculatio de causa omni est. Quadrupedum t̄m q̄m ro-
 bustiora sunt et a tempore excluduntur. Avium aut̄ ga-
 mbealiora indigent ea que peperit. Videtur aut̄ natura
 filiorum affectum sollicitate preparare: sed in deterioribus usq̄
 ad partum facit. A. nonnullis aut̄ usq̄ ad consumationem
 ingeniosioribus vero et circa alimentum: sed us que inge-
 nio maxime participans amicitia ex consuetudine ad
 perfecta iam fit sicut hominibus & quadrupedum nonnullis.
 Avibus aut̄ quousq̄ gemerint ac enutriverint. Quapp̄
 femine si non incubant postq̄ pepererint penes se habent quasi
 uno aliquo congenitorum q̄ritate. Cuius aut̄ animalia dicit̄
 calidis in ovis perficiuntur: tempus. n. cooperatur: digestio
 .n. caliditas quedam est: nam & terra per caliditatem condi-
 gerit: & que incubat idipm̄ efficit: adhibet. n. calorem qui
 in ipa est. Ova vero et corrumpuntur & finit que serosa
 vocantur: rationabiliter magis in calido tempore: nam
 quemadmodum vina est in acetositatem vertuntur fere sub
 versa: hec. n. causa corruptionis est: sic & ova vitello: id.
 .n. utriusq̄ terrestris est: p̄p̄ta fere permixta vinum turbatur
 & ova que corrumpuntur vitello. Multat̄us ip̄m id rati-
 onabiliter accidit: non. n. facile est congruum omnibus
 calorem distribuere. sed in alijs quidem deficit: in alijs aut̄
 habundat & turbat quasi putrefaciens: nam & ad unum sunt
 pauca fere sint: nihilominus id accidit. Sepe. n. duos factos
 efficitur seorsum. Tertium vero ut breviter dicam penes semp̄
 nam cum calida semper natura sint, ebullire quasi faciunt
 humiditatem ovor̄. habent aut̄ et naturam contrariam
 album & rubrum: nam rubrum durescit frigore, & calorem
 humescit. p̄p̄ta & cum in terra, aut in incubatione digeri-
 tur humescit, talisq̄ factum nutrimentum constitutus amia-
 libus efficitur. Cum vero ignitur atq̄ assatur non per
 durescat: q̄m natura va terrestris est, veluti cerea. & ideo
 dum magis caleffiunt: si ex humida superfluitate nō sint

Corrumpuntur.

TR
 AD
 VIT
 IO
 GR
 T
 GOR
 T
 EX
 A
 R

corrumpuntur euaporant & efficiuntur serosa. album uo
 a frigore non gelat sed magis humescit & causa dicta iam
 predictam est: dum uero ignitur solidum efficitur. proea et
 digestum in generatione animalium condensatur. Ex hoc
 .n. animal constituitur: rubeum uero alimentum efficitur &
 incrementum partium que semper constituuntur. hinc est. Idcirco
 determinantur et album & rubeum quasi diuersam habentia
 naturam seorsum membramulis. Exquisite aut quomodo hec
 inter se habeant tam in initio generationis q̄ cum animalia
 constituuntur. De membramulis et umbilicis ex historia
 perspicere oportet: nam ad p̄ntem considerationem illa
 petere sat est: quia prima constitutio cordis & magne ve
 ne ab eo segregate. Umbilici duo a uena deinde tendunt
 alter in eam membramulam qua rubeum continetur: al
 ter in membramulam loculiformem que animal circum
 ambit. hec est penes teste membramulam. Per alterum igr
 alimentum ex rubeo accipit: quod plus fit quia calefac
 tum humidius redditur: oportet .n. alimentum cum cor
 poreum sit humidum esse: ueluti et plantis: uiuunt
 aut primo & que in ouis & que in animalib; uiuunt sunt
 plantis uita: nam eo q̄ affixa sunt primum incrementum
 atq; alimentum ex aliquo accipiunt. alter aut umbilicus
 in continentem loculum tendit: imaginari .n. opus e pul
 lum animalium que continguntur ex ouis: ad rubeum q̄ de
 sic se habere sicut ad matrem embryones corp que antea
 generantur quando in matre sunt: nam qm̄ embryones
 qui ex ouis generantur non peraluntur in matre: ideo
 quandam partem ipsius accipiunt: ad exteriorem uero
 membramulam que sanguinea est sicuti ad uterum: sicut
 aut circa rubeum & proportionalem utero loculum ouis
 testa circumuertitur: ueluti si quis circa embryonem ipm̄
 circaq; totam matrem aliquid circumponat: sic aut se
 habet quia oportet embryonem in utero & esse apud ma
 trem. In ijs igr que animalia parunt in matre uteruse.
 In ijs aut que ex ouis e contra tanq̄ si quis dicat matre

FRANCISCVS GREGORIVS

esse in utero: alimentum. n. quod a matre gignitur ipm rubem
 est. causa vero est qd alimentum in matre est: cum aut cessant
 umbilicus qui penes loculum est prius conadit. quapp oportet
 ut animal hac egrediatue: reliquum aut rubei & umbilicus
 qui ad ruberum est posterius: oportet. n. ut qd gignitur ali
 mentum illico habeat. nam neq: a matre inuente neq: p
 se ipm potest statim alimentum acquirere: propterea ruberuz
 in tro cum umbilico ingreditur & cavo circum nascitur. que
 uitate ex perfectis ouis sic foras progrediuntur hoc modo tam
 in anibus gignuntur qm in quadrupedibus quecumq: duri
 corium ouum pariunt. sed hec in maioribus manifestatut
 in minoribus. n. pp magnitudinum paruitatem disterni no
 possunt. De ouis piscium & gnatione ipsorum C. vi.

Ad hoc piscium et genus oua parit: quorum qui uterum
 habent infra pp dictam iam causam imperfectum ouum
 pariunt: qui uero piscium selachea nominantur: ij perfectu
 quidem ouum in se ipso pariunt: foras aut animal effin
 dunt preter unum quem ranam appellant: nam hic solus
 perfectum foras ouum emittit: causa uero natura corpo
 ris est: nam caput reliquo multo maius corpore habet.
 idq: spinosum ac ualde asperum: Idcirco nec intus posse po
 ste suscipit nec ab initio animal concipit: nam sicut nigre
 di sic et egressi prohibet magnitudo capitis atq: asperitas.
 Cartilagineorum aut ouum mollicorium est: non. n.
 potest quod circūtenet indurare: qm frigidiores ambus
 sunt: ranarum tamen solimodo solidum durumq: ad ex
 teriorem salutem est. Ceteros aut humida natura &
 mollia: teguntur. n. intus habent corpore: generatio aut
 ex ouo & ranis que foris perficiuntur & ijs qui intus eade
 est. his uero & anibus partim similib: partim differens est.
 nam primum alterum umbilicu non habent qui ad locu
 lum tendit: loculum dico qui est sub continente testa. Cui
 causa est quia testam circa non habent: nihil. n. ipsis pro
 dest cum mater tegat. Testa uero exteriorum no ammen
 torum ouis defensio est: deinde generatio qm est in his

ex oui extremitate est: non tamen qua utero affigitur. Aues
 .n. ex acutis fiunt qua oui affixio erat. Causa uero est quia
 um ouum separatur ab utero: istos aut non ouum sed pluri
 morum perfectum ouum affigitur ad uterum: cum autem
 in extremo quodam sic ouum consumitur quemadmodum in
 anibus & reliquis soluitur: & tandem perfectiorum ram umbilicus
 ad uterum affigitur: Similiter se res habet et in illis quorum
 oua in utero soluta sunt: soluitur .n. ouum in quibusdam eor
 cum perfectum fuerit. huius autem causa est: quod huius oua sepa
 ratum habent album a rubro. Piscium uero cum unius coloris
 sint: permixtum id habent undique: quare non prohibet e contra
 habere principium: non .n. solum affixionem id non est: uerum
 et e regione: facile .n. est poris quibusdam ex utero a tali prin
 cipio alimentum attrahi: quod patet in ouis que non solunt.
 In nonnullis .n. cartilagineorum non soluitur ouum ab utero
 sed dependens inferius ad animalis partem transfertur. In
 quibus perfectum animal ouo consumpto umbilicum ex ute
 ro habet. Patet igitur quia et prius ouo adhuc in illo existen
 te pori ad uterum tendebant: quod ut diximus in leuibus spira
 lio accidit. Generatio igitur piscium atque auium per dictas
 causas per hoc differt: cetera eadem modo se habent: nam & al
 terum umbilicum similiter habent ut aues ad rubrum: sic
 pisces ad totum ouum: non .n. est in ipso aliud album aliud
 rubrum: sed totum unius coloris: abuntur et ex isto consumptis
 aduicunt: circumnascunturque caro similiter. De parientibus
 ergo in se ipso ouum perfectum: frat aut animal profundius
 tibus hoc modo se generatio habet. Plurimi uero piscium cete
 rorum oua foris parunt: nisi quod uelox incrementum & ex
 paruis est: extremitas uero ouis durior: incrementum autem
 oui uermibus simile est: animalia .n. que uermes parunt
 paruum quid primo parunt: quod non per affixionem ul
 lam sed per se ipse crescit: causa uero penes fermenti cause
 similis est: fermentum .n. ex paruo magnum efficitur: cum
 solatum humescat & humidum spiritum accipiat. Id uero in a
 nimalibus quidem animalis coloris natura: In fermento aut

cōmixti humoris caliditas operatur: oua igitur ex necessitate
 hac de causa crescant: fermentalem. n. habet superfluitatem
 melioris uero qm̄ quia pp animalium horum copiosam fetu
 ram impossibile ipis est totum in utero incrementum accipe.
 ideo. n. & parua nimium emittuntur & uelox incremen
 tum accipiunt: parua quidem quia uterus ad multitudi
 nem ouoꝝ angustus est: uelociter aut̄ nesi tardarent: in
 generatione ad incrementum genus corrumpere: cum et sic
 multi emissioꝝ fetuum corrumpantur. Propterea genus
 piscium multifetum est: corruptionem. n. multitudine
 natura expugnat. Sunt aut̄ aliqui piscium qui pp ouoꝝ
 magnitudinem dirumpunt, ueluti que uocatur acus,
 hec. n. pro multis magnos habuit fetus: nam quod a mul
 tudine natura abstulit id multitudini addidit. qd̄ ip̄
 crescant hec oua & qua de causa dictum est. qd̄ aut̄ isti
 qd̄ pisces oua pariant signum est est. Et aial parientes ut
 cartilaginei oua primo in ipis pariunt: patet. n. uniuers
 sum piscium genus oua parere: nullum enī corp ouoꝝ
 finem sortiente: quorū aliud femina aliud masculo est.
 & gignuntur ex coitu, nisi masculus sementū superpre
 xerit. Et etiam in piscibus sexus sunt.

cunctis animalibus sensus insunt: quaedam contra sicut uoces & color pilorum se habet: quaedam. n. censeant manifeste in fenestra. homo autem maxime omnium animalium id patitur, & quaedam statim nata sequuntur. Quaedam etate procedente aut et senescentibus accidunt. De istis autem & huiusmodi omnibus non eodem modo causas se habere putandum: nam que non sunt opera nature communitate, nec singulorum genera propria. hec neque sunt neque sunt alicuius gratia. oculus. n. alicuius gratia est. glaucus uero non alicuius gratia: nisi hec passio generis propria sit. Sic uero in quibusdam ad rationem substantie conuenit. horum igitur ex necessitate factorum ad materiam mouensque principium reducende cause sunt: nam sicut in primis sermonibus ab initio dictum est: non quoniam singula qualia quedam coniunguntur quecumque ordinata determinataque nature opera sunt: idcirco sunt: sed potius quia talia sunt: ideo talia coniunguntur. Generatio. n. substantiam sequitur & substantie generatio est: sed non generationem substantie. Prusa uero physiologi conueniunt: cuius causa est: quia plures causas non uidentur: sed materie solum & motus: & has indeterminate. Ratio uero & finis non considerantur. Singula igitur gratia est alicuius: coniungunturque: tam propter hanc & reliquas causas: quecumque in ratione cuiuscumque insunt, uel. n. huius gratia ut cuius gratia. Que uero huiusmodi non sunt: quorum generatio est: eorum omnium causam in generatione ac motu querere oportet: quia in ipsa constitutione differentiam accipiunt: oculum. n. habebit ex necessitate cum huiusmodi animal esse subiectum sit. Talem autem oculum quomodo ex necessitate non tamen tali necessitate: sed alio modo: quia tale autem tale agere uel pati natum est. De somno fetuum & infantium. c. ii.

His determinatis de illis dicamus que deinceps accidunt: primum igitur quoniam fetus omnium generantur: & imperfectos maxime dormire consueuerunt: nam et in matre quoniam primum sensum acceperunt indormiendo perseverant. Est autem dubitatio de generatione que ab initio est: utrum

Significatio prius an somnus in animalibus sit: sed quia ceteris proce-
 dentes uigilare magis cernuntur rationale est: ut contra-
 rium id est somnus in initio generationis sit. praeterea transitus
 a non esse ad esse per medium fit: somnus autem de tabulis na-
 tura esse uideatur: quasi uiuendi & non uiuendi medium
 terminus: nam dormiens nec omnia non esse neque esse ui-
 detur. In uigilando .n. uiuere inest per sensum. Si autem neces-
 se est: ut animal sensum habeat: & tunc primo animal quod
 primo factus est sensus: non oportet dispositionem illam que
 ab initio est somnum sed somno similem existimare: quale
 plantarum est genus existimare habet. Quam .n. plante
 uiuere in hoc tempore animalibus accidit: cui somnum
 inesse impossibile est: nullus .n. somnus in exatibus. Plantarum
 autem passio que somno proportionatur in exatibus est. plurimo
 igitur tempore animalibus dormire necesse est: quoniam incrementum
 & pondus superioribus imposita locis sunt. Diximus autem
 dormiendi causam huiusmodi esse in alijs: sed tamen etiam
 in utero excitari uidentur: quod in anatomijs & in oua pari-
 entibus patet. deinde statim dormiunt desunturque: rursus.
 Ideo egressi multum temporis dormientes pueri transigunt.
 & uigilantes quidem non uident: dormientes uero exsident &
 lacrimant. sed animalibus et dormientibus sensus accidit.
 non modo que somnia uocantur: uerum & preter somni-
 um: quemadmodum ijs qui dormientes exurgunt: multaque
 operantur & non somniant. Sunt .n. nonnulli & qui surgunt
 & proficiuntur uidentes quasi uigilent. his .n. accidentium
 sensus fit non uigilantibus: nec tamen ut somnum. Pueri
 uero quasi ignorantibus uigilare uidentur per consuetudinem
 in dormiendo sentientes atque dormientes. procedente autem tempore
 incrementoque ad inferiora delato magis iam uigilant & pluri tem-
 pore ita degunt. Sed primo magis quam cetera animalia in som-
 no perseverant. Imperfectissimi .n. horum perfectorum omnium
 generantur & incrementum ad superiores corporis partes
 magis habent. De oculorum coloribus C. III.

Omnia .n. puerorum oculi statim postquam nati sunt glauci

magis sunt: sed postea ad futuram permittuntur naturam
 quod in alijs animalibus manifeste non accidit: cuius causa
 est: quoniam ceterorum oculi coloris unius magis sunt: ut boves
 nigri: omnesque animum aquei. Alorum uniuersis quibus
 uideat aut glaucum: nonnullos caprini: qualis est
 ipsa multitudo caprarum. Oculos autem hominum multos
 esse colorum accidit: nam alij glaucorum, alij uiridum
 alij nigrorum oculorum: alij caprinorum sunt. prope quemadmo-
 dum alterum ab altero non differunt: sic nec ipsa a se ipsis
 non. n. nata sunt plures uno colore habere. Maxime uero
 ceterorum animalium equus multorum colorum est: nam quidam
 eorum altero glauci tinguntur: quod nullum aliorum
 animalium manifeste patitur. homines autem nonnulli glau-
 ci altero fiunt. Quae igitur animalium cetera in iuuentute &
 senectute nihil manifeste commutent: in pueris uero et accidit.
 sufficientem & hanc esse causam existimandum: quia illorum
 unius coloris: horum particula multorum est. Quae uero glau-
 ci magis & non alium habent colorem causa est: quidam
 beculores infantium particulae sunt. glaucescens autem imbecil-
 litas est: sed oportet de oculorum differentia uniuersaliter ca-
 pere: qua de causa quidam glauci: quidam caprini: quidam
 nigri sunt: dicere igitur glaucos ignes esse sicut Empedocles
 ait: nigros uero plus aque quam ignis habere: ac prope interdum
 pro aquae defectum alteros id est glaucos non acite uidere: al-
 teros uero noctu pro ignis defectum non bene dicat: Siquidem
 non ignis sed aqua totus uisus ponendus est: praeterea pos-
 sibile est colorum causam alio quoque modo assignare: sed
 ueluti prius in ipsis que de sensibus dictum est: & multo plus
 in ipsis que de anima determinata sunt diximus hoc sensus
 organum aque est & qua de causa non aeris ut ignis sed
 aque est: hanc dictorum causam esse putandum. Alij. n.
 oculorum humiditatis plus habent quam mediocritatis motus req-
 uat: alij minus: alij mediocritatem. Qui ergo multum hu-
 miditatis habent: quoniam multum non facile perspicitur nigri
 sunt: glauci uero qui paucum: sicut in mari quae perspicitur.

proce
 mtor
 amfuf
 bus na
 ctius
 ste ui
 uacel
 el qm
 am que
 male
 ante
 am
 lantur
 hinc mo
 entu
 mtem
 etiam
 pari
 efus.
 munt.
 lent &
 dat.
 mmi
 itaq:
 argut
 nio
 . Que
 dine
 tpre
 ei te
 som
 niu
 tes
 .C. III.
 lauci

glaucam .n. uidetur quod visu penetrabile ipsius est. qd
 aut minus ad aquatum. Qui uero pp profunditatem visu no
 terminantur nigram & fustam est. Medij aut inter istos oculi
 secundum magis & minus differunt: eandem et causam ee
 arbitrancium. qd glauci interdum nigri nocte acute non ui
 dent. Glauca .n. pp paucitatem humidi a lumine ac uisibili
 bus magis mouentur: in quantum humidi & in quantum
 diaphandi. huius aut particule motus non in quantum humi
 da in quantum diaphana uisus est. nigri uero pp multitu
 dinem uisus humidi minus mouentur. Debet namq: huius
 nocturnum est: & simul difficulte mobile in nocte omnino hu
 midum fit. oportet aut neq: non moueri ipm neq: magis
 qd in quantum diaphanum. Vehementior .n. motus debilo
 rem expellit: ideo qui fulgentioribus transferunt coloribus
 & a sole in opaca non uident: nam quia motus qui inest
 uehementior sic exteriorem prohibet & omnis nec nimium
 potens neq: imbecillus uisus: qm magis & mouetur & patitur
 humidum & fulgentia potest cernere: quod utriusq: uisus egr
 tationes ostendunt. glaucama .n. glaucas magis accidit
 qui aut uulpinix uocari potest nigri oculis. Est aut glau
 coma oculor magis siccitas: ideo senescentibus magis accidit
 cum he partes in senectute uehuti & reliqui corpus desiccantur.
 Sulpinix aut multatudo humiditatis: ideo in iuuenibus quoq
 humidissimum cerebrum est magis accidit. Medij autem
 inter multum & paucum humidum uisus optimus est: nam
 neq: quasi paucus fit pp turbationem motui calorem impe
 dimento est: neq: pp multitudinem motus prebet difficul
 tatem: tunc namq: ualde acrossum, eandem habet uirtute
 alterum paucum humido: alterum multo. sed non solum que
 diximus hebetas aut acuti uisus causa fit: uerum etia
 ipsius membramule que in pupilla est: diaphanam .n. ee
 oportet. huiusmodi aut album tenuem planemq: esse necesse
 est. tenuem ut exterior motus penetret: planem ne rugis
 obrumbet. hac .n. de causa senes acute non uident: nam sic
 ut reliqua pellis: ita oculorum est rugatur: & crossior uident.

albam uero qm̄ nigrum non est dyaphanum: id. n. quod uisu non penetratur nigrum est: ideo namq: latere non lucent: si ex eiusmodi pelle sint. In senectute igitur atq: morbis huius de causa acute non uident. pueri uero p̄ paucitatem humidi glauci si primo uidentur. altero autē glauci & homines & equi maxime eadem de causa gignuntur p̄ quam homo solus canescit: & ceterorum omnium equus solus senescens secundum pilos albescit: nam & canities debilitas & indigestio humidi in cerebro est & glaucedo: quando igitur natura similiter perficere non potest aut digerens utrorumq: humidum aut non digerens sed alterum digerens: alterum non: tunc altero glaucos fieri accidit. De acuto & hebeti dixerunt animalium uisu. .C. IIII.

Quod uero quedam animalium acuti sunt uisus: quedam non duo modi cause sunt: dupliciter. n. acutum ferme dicitur: quod in auditu & olfactu similiter se habet. Acute namq: uidere dicitur: uel quia longe uidere potest: uel quia uisibilibus differentias maxime discernit. hec uero nō accidunt simul eisdem: nam si idem super uisum in carnem manum suspendat: aut per fistulam uideat differentias quidem colorum nec magis nec minus indicabit: longius aut uidebit: isti. n. ex foueis & puteis stellas aliqui perspicunt: quare siquid animalium magnam eminentiam pre oculis habet: & humidum quod in pupilla est non purum nec exteriori motu commensuratum: nec superficiali membrana tenuem id differentias quidem ex colorum non exacte discernet: de longe aut erit uisum quemadmodū de prope magis q̄ illa que quis humidum purum habet & operculum eius: super illorum tamen eminentiam pre oculis non habent: uisus. n. sic acuti ut differentias discernat causa in ipsis oculis est: nam quemadmodum in ueste munda parue q̄ macule perspicuntur: sic in puro uisu parui q̄ motus patebant sensuq: faciunt: de longe aut uiuendi utq: motus a remotissimis uisibus perueniat. oculorum positio causa ē: nam que oculos extantes habent non bene de longe uident: que uero intus habent in cauo reconditos ea longiorum uisus sunt: motus

.n. non effunditur in latitudinem: sed recte progreditur: neq:
 differt: nisi ut aliqui aiunt videmus: quia visus egreditur
 nam nisi quid ante oculos dispersi: necesse est & in rationem
 divisibilia in ad eum longos: minus videre & si motu visibi-
 lium videas: similiter .n. necesse est: visum & motu videre:
 maxime igitur remotiora videntur: si statim a visu conti-
 nua fistula esset ad id quod videtur: non .n. dissolueretur
 motus: quia visibilis est: & si non: quanto magis abesset
 tanto necesse esset certius longiora videre. Sed de differen-
 tia oculorum ista cause dicte sunt. De auditu atq: olfactu. c. v.

Eodem aut modo auditus & olfactus se habet: unum .n.
 est ut exacte audiat & olfaciat: & obiectorum sensibi-
 lium differentias et omnes q̄ maxime sentiat: alterum ut
 longe audiat atq: olfaciat: viduandi ergo differentias bene
 sensus organum causa est: sicut in visu si sit & ipm purum
 & menica que circa ipm est. omnium .n. sensus organorum pori
 sicut in his que de sensu determinata sunt diximus: ad conuol-
 ad proportionale in non habentibus tendunt. Ipsius igitur auditus
 porus qm̄ organum sensus aeris est. qua complantatus sp̄s
 alio pulsationem facit alio spirationem hac terminatur: adeo
 et disciplina fit eorum que dicuntur: ut contra loquatur
 quod auditum est: quales .n. per sensum organum motus introi-
 nit: talis rursus ab uno eodemq: characterē motus per uocē
 fit: ut hoc dicat quod audierit: & statim quoq: ac spiran-
 tes minus audiunt q̄ inspirantes: qm̄ inspirati particula
 terminus organi auditus est: & spiritus simul cum organum
 moueat mouetur atq: conatitue. omnium .n. mouens moue-
 tur & in temporibus complexionibusq: humidis hec passio acci-
 dit. Aures et quoniam spiritali loco vicine sunt spiritui reple-
 vi videntur. Exquisite igitur iudicium circa sonorum ordi-
 numq: differentias consistit: si sensus organum mundum sit &
 & superfluitatis membramula: omnes .n. motus sicut & in visu
 acutalibus manifesti perueniunt. Quaedam et de longe sentire
 quedam non similiter accidit: ut in visu: non que ante or-
 gana sensuum quasi canales particulas habent: ea de longe sensi-

tina sunt. Quapp qui longas naves sicut laconice canes ha-
 bent odoratiui sunt: nam cum organum sensus sit supra: mo-
 tus qui de longe sunt non distrantur sed recte tendunt
 quemadmodum qui supra oculos manuum incurvant: similit
 quibus aures porrecte longeque conuallate quales quadrupedes
 habent non mille intus quoque reuolutio longa. hoc. n. ex re-
 motis motum accipientia ad organum sensus reuertunt: sed
 exquisitum sensendi longiora iudicium minime ut breuiter
 dicam omnium animalium respectu magnitudinis homo h̄t:
 circa differentias aut̄ omn̄ maxime sensitium ē: causa
 uero est: quia organum sensus mundum & minime terreste
 ac corpulentum habet: naturam q̄ comissime pelles omnium
 animalium respectu magnitudinis homo est. rationabiliter
 aut̄ natura in uicium maximum est operata: nam cum
 quadrupes sit & animal generet: porro tamen solummodo
 non aures habet: & causa est: quia in humido uiuit: particu-
 la uero aurium aurium porro adiecta est: ut feruet romo-
 toris aeris motum: quare non solum in uicium ei: sed contra
 quoque faceret multitudinem humidi suscipiens. Sed de uisu
 auditu olfatuque dictum est. De pilos accidentibus. C. vj.

Pili aut̄ hominum & inter se per etates & ad ceteroū ani-
 malium genera que pilos habent differunt. habent uero
 ferme omnia que animal intus in se ipso concipiunt: nam que
 spinas ex se habent: pilos quendam speciem existimandū
 est: ut erinaceos: & siquid aliud tale generatiū animal
 est. Differentie aut̄ pilos secundum duritiem sunt & molli-
 tate secundum longitudinem & breuitate: longitudinem atq; rei
 spitudinem: multitudinem atq; paucitatem ad hec secundum
 colores: albedinem: nigredinem: hōisq; modos. Differunt aut̄
 secundum aliquas istarū differentias per etates iuuenes atq;
 senes: quod maxime in hominibus patet: densantur et̄ ma-
 gis infenecta: ut quidam in anterioribus capitis caluitium
 patiuntur: nec pueris nec multioribus ut accidit: sed uicis-
 etate iam procedente cōfunt et̄ capita homines in anteriori-
 bus senescentos: quod in nullo ut breuiter dicā alioq; manifeste

apparet: maxime tamen aliorum omnium in equo & aluitum
 quidem homines in anterioribus capitis patuerunt: nec carne
 sunt aut primo in temporibus: sed nec in istis nec in poste-
 rioribus capitis alicui caluitium accidit. Iue uero anima-
 lium pilos non habent: sed pilis proportionale ut aues pen-
 nas: genus piscium squamas: eis et nonnullis huiusmodi
 passionum eadem accidunt ratione: sed cuius gratia na-
 tura pilorum genus animalibus dictum est prius in causis,
 que de partibus animalium explanate sunt: quibus non exi-
 stentibus ex ipso qualis necessitate singule harum accidunt
 declarare presente methodi est. Crosse et ergo atque tenuita-
 tis: pelles maxime causa est: alio n. crosse: alio tenuis
 alio spissa est. ad hec concausa et est eius humiditas que
 inest differentia: quibusdam n. pinguis: quibusdam aquosa
 est: omnia n. natura pelles terrea esse supponitur: nam cum
 in superficie sit euaporante humido solida fit atque terrea: pel-
 li aut pilisq. proportionale non ex carne contingunt sed ex
 pelle humida ad ipsos euaporato atque sublato: prope crosse ex
 crosse et tenues ex tenui pelle sunt. Si ergo rarior ex cros-
 sior pelles fuerit tum pro multitudinem terre: tum pro ma-
 gnitudinem pororum crosse sunt. Sin uero spissior tenuior
 pro pororum angustiam. Preterea si uapor aqueus succitatis
 exsiccat et pelles pili magnitudinem non accipiunt: sin
 uero pinguis et contra: non n. facile desiccatur quod pin-
 gue est. prope uniuersaliter que crosse pelles sunt antidia
 crosse pilos habent: non tamen quo maxime magis pro
 diotas causas: quod genus porcorum ac bouum et elephanti-
 multa q. aliorum perpassum est. Eadem de causa et hominum
 pili crosse simi sunt: crosse sima n. hec pelles et in humiditate
 plurima est raritatemq. multam habet. Causa uero est ut
 longi breuesue pili sint: si non facile humidum euaporans sic-
 cabile sit. Due autem cause sunt: ne facile desiccatur quantum
 est quale: nam siue multum sit siue pingue siccabile non
 est. Quare capitis hominum pili longissimi sunt: nam cum
 cerebrum humidum atque frigidum sit: multam humidum co-

gram prebet. Dectorum vero aut crispior pilorum fiunt
 pp evaporationem: si. n. firmata sunt quia calida siccaq: fit
 crispum efficit pilum: floctatur. n. quia duobus feratide mo
 tibus. Deorsum namq: terram fertur: calidum vero sursum
 reatam flexibile sit pp debilitatem voluitate: id vero crispitu
 do pili est. Sic igr causam capere contingit: sed possibile quoq: e
 qm paucam humidam & terreum multam habent a continen
 te deficcato contrahi: floctatur. n. quod rectum est si evaporet
 & corrumpat sicut pilus in igne percussus: quasi crispitudo sit co
 tractio a continentis caliditate pp humidam paucitatem. Signu
 vero est: quia pili crispi duriores q: recti sunt. Siccam. n. du
 rum est: rector aut pilorum sunt quecumq: multam habent
 humiditatem: humidum. n. non salians & fluens in ipso progre
 ditur. Idcirco scythice trucesq: in ponto rector pilorum sunt: hu
 midi. n. & aze in ea regione humidus. Ethiopes vero quicq:
 in calidis degunt crispi sunt. Sicca. n. cerebra & aze qui con
 tinet est. Sunc aut nonnulla crassioris pelles pp etiam pri
 us causam pilorum tenuium: nam quanto tenuiores pori st
 tanto necesse est pilos tenuiores fieri. Idcirco genus ovium huius
 modi pilos habent: vellus. n. pilorum multitudo est. Sunt et
 animalium aliqua que molles quidem habent pilos: sed mi
 nus tenues: quod leporum genus ac ovium partur: in istis
 n. in superficie pelles pilus est: ideo longitudinem non habet
 sed similiter penes fit sicut que a lino discerpuntur. Scupa. n.
 molles quidem e sed nec longitudinem habet & molles est &
 compactionem non suscipit. Oves aut que in frigidis versan
 tur: contrarium hominum patiuntur: nam scythice quide
 pilorum mollium sunt. Sarcematice aut oves durorum: cuius
 causa est: que de siluestribus quoq: omnibus est: frigus. n. in
 durat, qm congelando deficcant: & ita caliditate expulsa humi
 dum simul evaporat: & cum pili q: pelles terrea durumq: fit.
 causa vero in siluestribus est: quia non intectis sed foris ha
 bitant. In illis vero locus ipse qui talis est. Signum aut etiam
 illud est: quod echinis in ponto accidit quibus ad strangu
 rias utuntur: illi. n. quia in frigido mari pp profunditatem

sunt: in sexaginta. n. milibus passuum & adhuc profundius
 gurguntur: ipsi quidem parvi sunt: spinae uero & magnas pro-
 cedunt: habent: magnam qm corporis hinc incrementum ue-
 titur: nam cum pauca caliditatis sint nec digerunt: & super-
 fluitatis plurimum habent. Spine autem pili ceteraq: huiusmodi
 ex superfluitatibus fiunt: pedunculis uero atq: lapideis pp frigi-
 ditatem & gelu. Eodem modo cetera que nascuntur duriora
 terrea lapideaq: magis fiunt que in borealibus q̄ que in hau-
 stralibus nascuntur & que uentis exposita sunt: q̄ que in ual-
 libus: frigesant. n. omnia magis & humidum euaporat. Ca-
 lidum igne & frigidum inducat: nam ab utroq: fit ut hu-
 midum euaporet. A. calido quidem perse: a frigido autem
 per accidens. vna. n. cum calido egreditur: nullum. n. humi-
 dum absq: calido: sed frigidum quidem non solum inducat
 uerum & inspissat. Calidum uero rariora effiat hac eadem
 de causa cum & stesant q̄ pilos habent: pp̄t magis durisat
 pennatis uero atq: squamatis penne & squame similit. pel-
 les quoq: duriores & crossiores in senecta officuntur: desiccant
 .n. & senectus ut nomen grece significat terrea est. Calidum
 .n. & humidum unacum ipso desiccat. De caluitio .C. 7.

Caluitium autem omnium animalium maxime homines
 patiuntur. Est autem huiusmodi passio generale aliquid
 nam & plantarum nonnullae semper habent folia: nonnullae
 prouiciunt: latitantes quoq: de auribus pennas abiciunt.
 Talis igitur quedam passio caluitium in hominibus quibus
 accidit est: nam & a plantis omnibus ex parte folia deflu-
 unt & penne & pili ab habentibus. Quando autem magna
 hec passio fuerit: tunc denominatur caluitium in folio-
 rumq: defluxus appellatur: huius passionis causa est
 calide humiditatis defectus: talis uero maxime omnium
 pinguis est. In quo pingues q̄ de plantis magis semper re-
 tineant folia. Sed de ista causa in alijs dicendum. Sunt. n.
 in ipso alie q̄ passionis huiusmodi concause. sed plantis
 quidem hec passio in hyeme accidit: principior. n. q̄ etas
 ista mutata est: latitantibus quoq: animalium: nam & hec

TP APVATIO GRF GPP

minus humida & calida natura hominibus fuit. homines autem hyemem estatemque etatibus agunt. Idcirco ante uenerem nemo caluus efficitur: tunc autem talibus naturam magis Cerebrum. n. natura frigidius toto corpore est. Venus autem frigidificat: pure namque ac naturam caliditatis omissio est. Iure igitur cerebrum primum sentit: Imbeciles. n. maleque se habentia parua de causa declinant. Quare si quis cogitabit pauce ipsum cerebrum esse caliditatis necessesque: et continentem pellem huiusmodi magis esse & hanc pilorum naturam quanto remotior est: Iure putabit iuxta etatem hanc caluicium spermatis accidere. hanc de causa in anteriore solummodo parte capitis fit & hominibus animalium solis. In anteriore quidem quia hic cerebrum est. Solis uero animalium quia plurimum habet cerebrum & maxime humidum homo. hec passio mulieribus non accidit: natura. n. earum puerorum nature similis est. Serici. n. secunda spermatica emissionis caecent: eunuchus quoque nemo caluus efficitur: quoniam ad feminam transmutatur: & pili qui postea nascuntur aut non nascuntur in eis que obiciuntur si nati fuerint preter pubem. Mulieres. n. quibus alios quidem non habeant pubescunt tamen: hic uicem defectus ex masculo in feminam mutatio est. Quero latitudinem iterum densescant & quibus folia defluxerunt iterum frondescant: calui autem pilos iterum non remittant causa est: quia tempora mutationes corporis magis in illis sunt. Quare quoniam tempora mutantur folia quoque in alijs: in alijs perne commutantur. hominibus uero est atque hyems: ver quoque atque autumni per etatem accidunt. Iure cum etates non permittentur nec passiones que propter eas accidunt commutabuntur: quibus causa similis sit: Sed de alijs pilorum passionibus ferme dictum est: C. 8.

De coloribus pilorum

Colorum uero causa ut uel unius uel uarij sint: incertum quidem animalibus pelles natura est. In hominibus uero minime nisi canities que non per senectam: sed propter egritudinem evenit: nam in morbo quem albicantem possumus appellare, pili albi efficiuntur: Si autem pili albi fuerint non inuadit.

et pellem albedo. Causa uero est: quia pili ex pelle nascuntur.
 Ex egrotante igitur albaque pelle pilus quoque conlanguescit. Pi-
 lorum autem morbus canities est. Hec in senecta propter imbecillitatem
 & caliditatis inopiam accidit. Etas. n. omnis declinat & corpus
 senescens ad frigiditatem decurrit: Senecta. n. frigida simul &
 sicca est. Verum oportet intelligere alimentum quod ad
 unamquamque partem progreditur a propria digne caliditate
 que cum impotens sit corrumpitur & defectus aut morbus
 accidit. Sed hac de causa diligentius: postea iis que de incre-
 mento & alimento dicendum est. In quibus igitur hominibus pau-
 ce caliditatis natura pilorum est: maiorque humiditas ingreditur
 cum eam digerere propria caliditas noqueat ac caliditate que
 continenti est putrescit. Putredo autem omnis a caliditate quidem
 facta non a congenita ut in alijs dictum est efficitur. Putredo a
 que terre & corporaliu[m] huiusmodi omnium est. Idcirco terre
 et uaporis qualis est qui putro uocari potest: hic. n. putredo
 uaporis terre est. Quare cum talis in pilis quoque alimentum sit
 ut cum non digeratur putrescat & fit que dicitur canities.
 Alba uero est quia & putro solus ut breuiter dicam de putre
 factus albus est: cuius causa est: quia multum aeris habet.
 Omnis. n. terreus uapor crassi uirtutem aeris habet: quasi. n.
 conuersum pruine putro est: nam si uapor ascendens gelabit
 pruina: si uero putrescit putro dicitur. Quare uero in
 superficie sunt: uapor. n. in superficie. Docti igitur Comici poe-
 te transferunt deidentes, cum canos putro pruina senectis appel-
 lant: cum altero. n. quem cum altero specie idem sunt: cum
 pruina genere quia utrunque uapor: cum putrescit autem specie
 quia utrunque putredo est. Signo autem est quod talis sit: quia ca-
 nities ex morbo multas facta cum postea ualuerit in nigredinem
 uersa est: cuius causa est: quia quemadmodum in egrotatione
 totum corpus in naturalis caliditatis inopia est: sic cetera que par-
 ticule uel que minime sunt hac egrotatione participant.
 Inare multum superfinitatis in corpore atque particulis efficit:
 prope indigestio que in carnibus est canos efficit. Sed postea que
 caniti conualuerint rursus permittantur & fiunt quasi ex se-

nibus inuenies p[ro]p[ter] passion[em] quoq[ue] permittantur. Recte aut[em]
 morbus ex[em]pta senecta & senecta naturalis morbus dicitur
 Aliqui. n. morbi eadem que senecta efficiunt. Tempora uero p[ri]mo
 canescunt: q[ui]a posteriora cum cerebro non habeant humi-
 ditate uacua sunt. Vertex aut[em] multum habet humiditatis
 & multum non facile putrescit. Pili uero temporum neq[ue] ita
 paucum habent humidum ut digerant: neq[ue] sic multum ut no[n]
 putrescat: nam cum hic locus utroru[m]q[ue] medius sit: non iniu-
 ria utraq[ue] passion[em] effugit: sed de cavit[ate] homin[is] data tam e[st].
 Qu[od] uero ceteris animalibus p[ro]p[ter] etatem hec permittatio manifesta no[n]
 fiat eadem causa est quam de cavit[ate] diximus: paucum. n.
 atq[ue] humidum habent cerebrum ita ut calidum non sit ad di-
 gerendum impotens. In equis tamen maxime om[n]iu[m] animaliu[m]
 que cognouimus sub significatur. Tenuissim[us]. n. os cura cerebri
 respectu magnitudinis ceteror[um] habet. Cuius rei uestigium
 est: quia mortalis huius loci percussio in eo fit. p[ro]p[ter] homerus
 quoq[ue] sic cecinit: ubi equor[um] pili canero insignuntur: fragile naq[ue]
 maxime uidetur. Cum ergo facile humiditas p[ro] ossis tenuitatem
 influat: & caliditas p[ro] etatem deficiat: isti pili canescunt: rufi q[ui]
 pili citius q[ua]m nigri canescunt: hic. n. color quasi qu[od]a pili debili-
 tas est. Debilia uero cuncta cito canescunt. Grues aut[em] in senecta
 fieri contendunt: Cuius passionis causa e[st] potest: quia natura
 pennar[um] in ip[s]is alior[um] sit & humidum insensentiu[m] pennis
 plus sit: q[ui]a ut putrescere facile possit. Qu[od] uero canities per pu-
 tredinem quandam fiat: q[ui]a non sit deficcatio ut multi opinan-
 tur priores dicti signum est: quia pileo contacti pili atq[ue] operatio
 citius canescunt. Spiritus. n. putredinem prohibet contact[us]q[ue] capi-
 ta non perstantur: & quia olei aque permixti unctio inuitat:
 aqua. n. frigidat: oleum uero permixtum non sunt cito deficcant.
 aqua. n. facile deficcabilis est. Qu[od] uero non sit deficcatio nec ita
 pilus quemadmodum herba deficcata albescit: signum est quia
 nonnulli statim cani nascuntur: siccum uero nullum nascit.
 Albesunt t[ame]n multi e[st] in extremitate: minima. n. caliditas in
 extremis & tenuissimis est. In ceteris igit[ur] animalibus in quibuscu[m]q[ue]:
 albi nascuntur pili non passione sed natura ut accidit & pelles

coloris causa est: nam alborum alba pellicula est & nigrorum nigra.
 Variorum uero qui ex commixtione nascuntur hac alba hac
 nigra esse uidentur. In hominibus uero pellicula nulla causa est
 cum et ualde albi nigros habeant. causa uero est: quia tenu-
 issimam omnium pellem respectu magnitudinis homo habet.
 Idcirco nihil ad mutationem pulchritudinis potest, sed propter imbecillitatem
 ipsa colorem permittit: fitque a sole ac uentis nigrior. pili uero
 non permittuntur. In ceteris autem loca uirtutem propter crassitudinem
 pelliculae habet. propea pili secundum pellem permittuntur: pelles
 autem sole ac uentis non permittuntur. De coloribus animalium. c. 9.

Animalium uero quaedam unicoloria sunt: sic autem appello
 ea, quorum uniuersum genus eundem habet colorem ut
 leones russi omnes: Idque in auibus & in piscibus aliisque animalibus
 quaedam quibus sunt unicoloria. Unicoloria tamen sunt sic. n. uoco
 que eundem in toto corpore habent colorem, ut bos totus albus
 aut totus niger. Quaedam uaria idque dupliciter: alia genere ut
 panthera: panis & nonnulli piscium: ut que uocantur trude.
 quorundam uniuersum quidem genus uarietas non est: na-
 stantur tamen aliqua uaria, ut boues, capre & in auibus columbe
 & alia nonnulla genera toticoloria multo magis quam uniuers-
 ficoloria in simplicem alterum alterius colorem commutantur
 fuitque nigra ex albis & alba ex nigris & ex uerisque permixta.
 quoniam uniuerso generi naturaliter inest, ne unum habeat colo-
 rem: facile namque ad utrumque genus existit: & sic alterum ad
 alterum magis permittuntur ac uariantur. Unicoloria uero
 contra: non nisi propter passionem mutantur idque raro: nam
 & perdidit iam alba & cornus & passer & ursus uisus est. hec
 autem accidunt quoniam in generatione peruertuntur: facile namque quod
 paruulum est corrumpitur atque mouetur: quod uero dignitate hu-
 iusmodi est: eorum. n. que contingunt principium in paruo &
 maxime autem propter aquas commutantur, que cum natura
 toticoloria sunt. genere multicoloria sunt: nam calide quod
 album pilum efficiunt: frigide uero nigrum, ut exemplum
 tunc cuius causa est quia calide plus spiritus quam aquae habent.
 Accidit uero perclustrans & trans apparet albedinem sicut

in forma. Verum quemadmodum pelles que per passionem al-
 be sunt: ab ijs differunt que natura huiusmodi sunt: sic & pi-
 lorum albedo siue morbo aut etate siue pp naturā: eo differt
 q̄ diuersa sp̄ causa est: hos. n. naturalis caliditas: illos aliena
 albos facit. Albedinem autē uaporosus acie inclusus facit in om-
 nibus: p̄ea que unicoloria sunt non, ea omnia sub uentre et
 albiora. Calidior. n. iocundiorumq; carniū cuncta ut bre-
 uiter dicam alba pp eandem causam sunt: digestio. n. iocun-
 das efficit carnes: digestionem uero calidum efficit. eadem cā
 & in unicoloribus nigris albus est. Calor. n. & frigus natu-
 re pellium & pilorum causa est. Singule namq; partium
 propriū. Quod uero lingue q̄ simplicium uarioremq; differat
 & simplicium quidem sed differentium ut albus atq; nigrus
 ea causa est quam prius diximus: Variorū. n. pelles uarie
 sunt: & quibus albi nigri ue sunt pili: albe nigrescunt. oportet
 autē linguam quasi unum de exterioribus membrum esse pu-
 tare: non q̄ in ore uelutur, sed ut manum aut pedem. Quin ergo
 uariorū pelles unicolor non est: ea causa & in pellicula lingue
 est. Transmutant autē omnium aliquo quadrupedumq; sil-
 uestrium non nulle colorem secundum tempora: & causa est
 quia sicut homines secundum etatem mutantur: sic ille fm
 tempora: nam hec differentia maior in illis est q̄ etatis muta-
 tio. Sunt autē que cuncta magis comedunt uaria magis ut
 plurimum: nec id iniuria: sicut apes unicolores sunt magis
 q̄ canes & uelpe. nam si alimentum permutationis causa
 est: iure uarietas alimenti uarios magis efficit motus supflu-
 uatesq; alimenti & quibus & pelles & pluma & pelles fiunt.
 Sed de colore atq; pilis hoc modo determinatum est. De Socie aialuz. c. x.

De uoce autem q̄ grauis quedam sunt uoces: quedā acutē;
 Dura tensibilis & ad utrumq; excessum cōmensurate se habentia.
 preterea quedam magne: quedam parue & lenitate ac aspe-
 ritate: flexibilitate ac inflexibilitate inter se differentia conside-
 randum est quibus de causis horū singula sunt. Acumini serpo
 atq; grauitatis eandem esse causam existimandum que in per-
 mutatione est: qua iuniores pronioresq; permutantur. Ce-

migra.
 na hac
 nsa est
 ia tenu
 habet.
 litatem
 ali uero
 titudine
 pellos
 elu. 6. 9.
 appello
 rem ut
 malib
 uoco
 albus
 uere ut
 ut tructe.
 est: na
 olumbē
 niuee
 uentue
 uicta.
 ut colo
 n ad
 ria uo
 : nam
 est. hec
 atq; qd
 ue hu
 no e
 atua
 de qd
 ipom
 uent.
 fiant

in spina. Scam

terra. n. omnia uocem in teneriore etate habent acutiorem. In
 bobus uero uiculi grauiorem sicut in masculis et & feminis ac-
 cidit: nam in alijs generibus femina masculo acutius clamat.
 quod maxime in hominibus patet: his n. maxime hunc uocan-
 di uirtutem natura contulit. Soli namq; animalium natura
 sermone utuntur: Sermonis aut materia uox est: In bobus
 uero e contra: grauius. n. uoce q; tauri mugient: sed cuius-
 gratia uocem animalia habent: quidq; uox & omnis sonus sit
 partim in ijs que de sensu: partim in ijs que de anima dictum
 est. Verum qm graue quidem est in eo q; motus tardus sit: a-
 cutum uero in eo quod uelox: eius aut quod tarde aut uelo-
 citer est utrum moueatur aut quod mouetur causa sit dubitatio-
 nem quandam habet. Afferunt. n. quidam q; multum e: tunc
 de moueri: q; paucum cito & hanc esse causam: ut alia grauis
 alia acute uocis sint. Qui ad aliquid usq; bene dicunt: omnino
 aut non bene. Genere. n. recte in quadam eius q; mouetur
 magnitudine grauitas esse dici uidetur: & sic nec paruum
 & graue. clamare facile nec similiter acutum ac graue exerce-
 uidetur generosioris nature uocis grauitas esse: & in modis-
 contento grauis melior e: perfectior. n. in excessu est. grauitas
 aut excessus quida est: Verum qm grauitas acumenq; uocis a-
 liud a magna uoce ac parua est: nam & acute ac grauis: sic ma-
 gne q; uocis ac parue sunt: & similiter secundum mediocritatem
 inter hec tensionem: de quibus qm alio quispian modo determi-
 nabit: de magna & parua dico uoce: q; multitudine ac pauci-
 tate eius quod mouetur. si ergo acutum ac graue ut dictu est
 determinatur sequetur ut eadem grauis magneq; uocis sint
 & acute ac parue: quod falsum est: causa uero est: quia ma-
 gnum & paruum: multum & paucum tunc simpliciter: cum
 alterum ad alterum dicuntur: magne igitur uocis sunt in
 eo q; multum simpliciter est quod mouetur: parue uero in eo
 q; paucum: grauis aut acuteq; uocis sunt in eo q; alterum ad
 alterum hinc differentiam habeant: nam si quod mouetur mo-
 uentis uires excedat necesse est ut tardo feratur quod fertur:
 si uero excedatur ueloatere: quod uero potens est pp uires

multum aliquando mouens tardum effiat motum. aliquā ga
 preualeat uelocem secundum eandem rationem eorum et
 a quibus debilia mouentur que plus sua uirtute mouent
 tardum faciunt motum: que pp imbecillitatem paucum mouēt:
 uelocem: cause igitur contrarietatum he sunt. ne omnia in
 niora grauis acute ne uocis sint: nec seniores nec mares & fe
 mine: & ad hec q̄ egrotantes acute clament: & qui corpore bñ
 se habent. preterea q̄ senescentium uox acutior fiat q̄ uis etas
 sua in uente contraria sit. plurima igitur iuniora & feminina
 paucum acris pp impotentiam mouentia uocis acute sunt
 cito. n. fertur paucus: uelox aut acutum est in uoce. Vituli
 uero ac uacce altere pp etatem: altere pp feminisam natu
 ram: non habent robustam eam particulam qua mouent:
 multum uero mouentia grauis sunt uocis: graue. n. est
 quod graue mouet: multus uero acris tunc fertur: sed hec igitur
 multum: cetera paucum mouent pp uasculum per quod
 primo spūs fertur: igitur in his magnum spatij est & multum mo
 uere aerem cogitue: in alijs debile est. etate aut procedente
 particula hec mouens corroboratur: itaq; in contrarium mu
 tantur: & que acute uocis erant grauioris que grauis ac
 uocis efficiuntur. Idcirco tauri acutioris q̄ vituli & uacce
 uocis sunt. omnium igitur uires in neruis sunt: pp ea que
 in statu sunt uires maiores habent: iuniora. n. minus accu
 lata minusq; neruosa sunt. ad hec minoribus non dum in
 tensa est: senescentibus uero remittitur iam contentio. Idcirco
 utiq; imbecilia & impotentia sunt ad motum. mares aut
 neruosi tauri sunt: ideo contentam hanc particulam habent
 qua spiritum mouent quasi neruam tensamq; fidem signi
 ficatur aut salom naturam corborum esse: eo q̄ oo in nōm
 lis ipsoz fiat: nam ossa nerui querunt naturam. castita
 uero cuncta in feminis transmutantur: & q̄m uis nerua
 in principio remittitur: similem feminis uocem emittunt. i
 remisso autē similiter pene fit quemadmodum sequis fiduciam
 tendens sonorem facit: eo q̄ non nihil ponderis susponderit
 ut exente faciunt que ad tendenda stamina pondera q̄da

alligant solent: sic. n. testiculos natura a spermaticis poris de-
 pendent: isti autem ex vena cuius principium est ex corde ad
 id ipsum quod uocem mouet: preterea cum spermatici meatus
 ad etatem permittentur in qua iam possunt sperma emit-
 tere: hec est particula simul commutatur: qua permittitur
 uox et permittitur in masculis magis: sed in feminis et id
 accidit quibus occultius: quod nonnulli tragizin id est latine
 hieassarum appellant quoniam uox inequalis est. deinde ad gra-
 uitatem uel acutiem sequentis etatis constituitur: testiculos
 autem ablatis testis et meatuum remittitur quasi pondere
 a fidibus stamineque ablato: qua remissa principium est quod
 uocem mouet eadem ratione resoluitur: hac igitur de causa
 castrata et uocem et aliam formam in feminam mutant
 quoniam accidit ut principium remittatur: unde corpori ui-
 gor inest: sed non ut aliqui putant testiculos ipso multorum
 principiorum esse conuentum: parue autem transmutationis
 magnasque cause non ipse ipse fiunt: sed quoniam accidit prin-
 cipium commutari id est principia. n. quibus parua magnitu-
 dino sunt: magna tamen uirtute sunt. hoc. n. est princi-
 pium et quod multorum causa ipsum fit: ipsius uero aliquid supe-
 rius nullum. et uero animalium quedam sic natura consti-
 tuantur ut quatuor quedam sic ut acide sunt uocis: calorque lo-
 corum et frigus confert: calidus. n. spiritus grauem efficit uocem
 per crosseum: frigidus per tenuitatem et contra: et in fistulis
 et patet: nam qui caliditate utuntur spiritu ac talem emittunt
 qualem qui fortunas suas deplorant grauius fistula canunt.
 asperum uero uocis ac lenis totiusque: inequalitatis huiusmodi
 causa est: et organum atque particula per quam uox fertur a
 sperum aut lenis fit: uel omnis planum aut contra: id patet
 quoniam humor quidam in arteria incedit aut asperitas a passi-
 one quapiam fiat: tunc. n. uox et inequalis efficitur: faci-
 le autem uel difficile flectatur si molle aut durum organum
 fuerit: nam molle multum uocis: modus flecti potest: durum non
 potest et molle tam paruum quam magnum resonare potest: quapro-
 pter acutum et graue flectit namque spiritum flectit: quoniam ipsum et flectit

TRADITIO GREGORII

magnum aut paruum efficitur: duritius uero inflexibilis est. de uoce igitur que prius in his que de sensu & in illis que de anima determinata non sunt hec dicta sunt. De dentibus animalium. C. XII.

De dentibus autem quod non unius generis neque eiusdem causa in animalibus sunt: sed alijs ad cibum: alijs ad diminationem alijs ad orationem dictum est prius. Quare autem anteriores quidem prius ginguntur: molares uero posteriores: & isti non exadunt: illi & exadunt & renascuntur rationibus de generatione: consimilem causam oportet putare. Dixit autem Democritus de ipsis sed non bene dixit: non enim de omnibus considerauit nec uniuersaliter causam dicit: ait enim ideo excedere quod ante tempus in animalibus nascuntur: nam ut breuiter dicam: cum pubescant animalia, tunc tandem sunt naturam ginguntur: quod autem ante tempus fiunt: lactationem causam esse ait: atqui suo est lactet & tamen non prouocat dentes. Preterea omnia quidem serratorum dentium lactant: & tamen nonnulla ipsorum non abiciunt nisi caninos uel leones. Errauit igitur quia uniuersaliter dicit: nec considerauit quid omnibus accidat. oportet autem hoc facere: necesse est enim ut ille qui dicit uniuersale aliquid de omnibus dicat. Verum quoniam ex quibus uidemus naturam supponimus supponimusque: nec deficere nec frustra quicquam de possibilibus in singulis facere: necesse est: ut qui accipere post lactationem alimentum sunt habeant ad conficiendum cibum organa. si ergo ut ille dicit ad tempora pubis id accideret: deficeret profecto natura in faciendo aliquid de possibilibus ipsi & nature opus preter naturam foret: quod enim uisum est preter naturam est. generatione uero dentium accidere ait: quod igitur hoc uerum non est ex his alijsque huiusmodi perspicuum est: nascuntur autem isti priusquam lacti primo quia & opus suum prius est: prius enim est diuidere quam contorere. sunt autem illi quidem ad terendum: isti uero ad diuidendum: demum quia quod minus est si simul oritur: citius tamen quam maius fieri natum est. sunt autem isti minores magnitudine quam molares. Preterea quia maxilla os interius quidem latum: sed prius os autem angustum est: & ex maiori plus nutrimenti affluere

necesse est ex minori uero angustius. Lactatio autē ipā nihil
 confert: sed lactis calor efficit ut citius hi dentes nascantur:
 signum uero est quia latentium quorū qui calidiorē lacte
 utuntur citius dentes producant: calor. n. augmentatiuus
 est: exadunt autē et melioris grā. quia et acutem et cito obun-
 ditur. oportet igr ad opus aliud succedere: laterum autē nō
 est obtusio: sed tempore triti solūmō leniuntur: necessario
 autē exadunt: qm̄ illorū radices in lata maxilla & ossē roba-
 stiore lacte sunt: anteriorū uero intenui idcirco inbeales
 ac facile mobiles sunt. renascuntur quia in crescentē adhuc
 ossē ortus eorū sit: & quia tempus adhuc est ut dentes nascant
 cuius signum quia et lati ad longum usq: tempus gignunt
 nouissimi. n. circa. xx. annos oriuntur: nonnullis autē et
 senescentib; extremi om̄s nati sunt: qm̄ multum in ampli-
 tudine ossis alimentum sit. anterior autē cito pp̄ tenuitatem
 terminum suum accipit & superfluitas in eo nōn fit: cū alimē-
 tum ad incrementum suum consumatur. Democritus uero
 ipm̄ cuius gratia dicere neglexit: ac om̄a quibus natura
 utitur in necessitatem rediit: que q̄uis talia sunt: gratia tū
 alicuius sunt & melioris singulorū gratia quare nati quidē sic
 atq: exadere nihil prohibet: non tamen pp̄ hoc sed pp̄ finem.
 hoc itā ut mouentia & ut organa & ut materic causā. spū. n.
 operari multa ut instrumenta congruit: nōnulla. n. artū
 instrumenta multorū sunt usum: ut ip̄e in fibrili malleus
 atq: p̄cus: sic spū. n. in his que a natura constituntur. simile
 autē uidetur. causas ad necessitates reducere quemadmodū
 si quis aquam ex hydrotico pp̄ gladiū: sed nō pp̄ finitatem
 cuius gratia gladio inasum est egressam putet. Sed de den-
 tibus quare aliqui exadunt atq: renascuntur: aliqui non
 & uniuersaliter qua de causa gignuntur dictum: dictum
 est et de alijs partium passionibus: quas non alicuius grā
 sed ex necessitate & pp̄ motiuam causam gigni accidunt.



Finis totius operis. Laus omnipotenti deo:
 M. cccc. lxxvj. quarto Idus decembris. Rome.



nihil
tue:
reacle
tinno
toobun
ut no
luro
re roba
bealef
huc
rafont
gunt
ut ee
mpli
tatem
i alime
f uero
tura
aba tu
ide sic
nem.
u. n.
urbi
nalleuf
simile
rocti
ntem
deden
son
tum
fona
re: